





*F. 9. num. 14.*

**DISSE**  
**RAT** **O** **I** **N** **A** **V** **G** **V** **R** **A** **L** **I** **S** **I** **C** **A** **M**  
**DE**  
**FEVDO ALIENABILI**

*OCCAS. T. F. 26. S. PENULT. IUNCT. II. F. 48.*  
**PRIMA CRITICA PRAELEMINARIS SECTIO**

*QVAN*

SVMMO NVMINE FAVENTE  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

**DOMINO**

**CHRISTIANO FRIDERICO**  
**CAROLO ALEXANDRO**

MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORVSSIAE SILESIAEQVE  
DVCE REL. BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI VTRIVSQVE

PRINCIPATVS REL. REL.

EX DECRETO ET AVCTORITATE  
ILLVSTRIS AVCTORVM ORDINIS

**PRO GRADV DOCTORIS**  
SVMMISQVE IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

LEGITIME OBTINENDIS

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIT

**AVCTOR**

**GODOFREDVS LVDOVICVS KRAVS**

IVR. CAND.

D. MATI MDCCCLXX.

ERLANGAE  
TYPIS WOLFGANGI WALtheri.



DISSESSATIO INAGARALIS IARIDIGA

DE

# FEADO ALIENARI

ODGAR. DE A DE 2. PIRNAT. TUNOT. DE 2. 48.

PRIMA CIRITICU MATELLINARIS SCITO

GOAR

SAMMUS NAVIUM TAVENTI  
PROCTORI ACVDPMVAE MAGNITCINTISSIMO  
SERVNTISSIMO PRINCIPE AG DOMINO

DOMINO

## CHRISTIANO TRIDERICO

## CAROLO AL EXANDRO

WINDTUS DIPENDIMENTICO BOHUSIAE STUTTGAE

DACE DE BARBERAIO KROMMERIENZI ARRISAGE

PRINCIPALIA REI PIR

EX DECIMIS ET ULTRICATIS

HISTORIS IGTORIUS QUDINIS

## PRO GRADA DOCTORIS

SAMMUSAT IN AVTOGR. IURE HONORIBAS

REGIMENTO STUTTGARTENSIS

LAICO TRANSLATUM EYAMINI SAVONI

VACATOR

## GODFREDAS LADOCIAS RRAVS

VAR. C. 110

MAR. MCCXX

TUL. ANGULI

TYPIE MOLTAGENI WALTHERI

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO  
DOMINO  
CHRISTIANO FRIDERICO  
CAROLO ALEXANDRO

MARGGRAVIO BRANDENBURGICO  
BORVSSIAE SILESIAE MAGDEBVRGI CLIVIAE IV-  
LIACI MONTIVM STETINI POMERANIAE CASSVBORVM  
ET VANDALORVM MEGAPOLEOS ET CROSSAE DVCI  
BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI VTRIVSQVE PRINCIPA-  
TVS PRINCIPI HALBERSTADII MINDAE CAMINI VAN-  
DALIAE SVERINI RACEBVRGI ET MVRSIAE COMITI  
GLATZAE HOHENZOLLERAE MARCAE RAVENSBERGAE  
ET SVERINI DYNASTAE RAVENSTEINII ROSTOCHII ET  
STARGARDIAE COMITI SAYNAE ET WITGENSTEI-  
NAE DOMINO LIMBVRCI REL. REL.

CIRCULI FRANCONICI SVPREMO BELLi DVCI AC GENE-  
RALI CAMPi MARESCHALLO SACRAE CAESAREAE  
MAESTATIS REGIAEQVE MAESTATIS BORVSSICAE  
RESPECTIVE SVPREMO VIGILIARVM PRAEFECTO AC  
LOCVM TENENTI GENERALI NEC NON PRAE-  
FECTO TRIVM LEGIONVM EQVESTRIVM

PATRI PATRIAe CLEMENTISSIMO  
ACADEMIAE FRIDERICO ALEXANDRINAe  
RECTORI MAGNIFICENTISSIMO  
MVSARVM ALTORI ET PROTECTORI INDVLGENTISSIMO  
GRAVISSIMO



# SERENISSIME PRINCEPS DOMINE LONGE CLEMENTISSIME

**S**ummam Diuini Numinis benignitatem et prouidentiam,  
quae TE, PRINCEPS CELSIS SIME, moderato-  
rem et gubernatorem his prouinciis praefecit, veneramur  
omnes, siue nascendi conditione adscripti, siue ex dissitis  
et exteris regionibus oriundi, sub TUA tutela et praesidio  
vivimus beati. De Augusto Imperatorum primo,

*Quo nihil maius, meliusue, terris  
Fata donauere, bonique diui:  
Nec dabunt, quamuis redeant in aurum  
Tempora priscum,*

Roma-

SE FENSISSIME PRINCEPS  
DOMINE LONGE CLEMENTISSIME

Romani gloriabantur olim; sed de Augusto, multo ciuium sanguine resperso, post edita crudelitatis exempla varia leni et clemente. TE vero, PRINCEPS CLEMENTISSIME, qui expectationem et spem reipublicae nunquam tenuisti suspensam, superasti potius insigniter, rectius iudicium fecuti, colimus; TE, vt certissimum Diuini erga has terras fauoris et benedictionis summae pignus, votorum compotes, laeti emiramur; TIBI, quas Augusto tribuit antiquitas, potiori iure deberi laudes, vniuersi ac singuli iudicamus. Nihil est enim, quod TIBI maiori gloriae esse posfit, quam clementia; nec quidquam ex omnibus rebus humani, est praecellarius aut praestantius, quam de republica bene mereri. At quis omnia TVA erga rempublicam merita, beneficia quoque magnifica, quae in hanc in primis musarum sedem contulisti, quam suberbientem nomine TVO, vt FRIEDERICO-ALEXANDRINA appelletur, non ornasti solum, sed nouam constituesti, digne fatis, ne dicam praedicare, enarrare poterit vnuquam? Artium et scientiarum commodis et incrementis tanta cura, contentione et gratia prouides; studiorum liberalium cultores tanta clementia et indulgentia fones atque tueris, OPTIME PRINCEPS, vt, huius praesentis non seculi tantum, sed posteritatis, caussam TE egisse, iudicatur sint omnes, qui TE, vt exemplar illustra, bonis Principibus imitandum, in rerum gestarum monumentis proponent et TVOS celebrabunt honores.

nores. TUA FRIDERICO-ALEXANDRINA, quam  
huc euocatis celeberrimis scientiarum doctoribus au&gt;tam am-  
plificatamque impense laetamur, iam veluti

*ingens*  
Exiit ad coelum ramis felicibus arbos,  
Miraturque nouas frondes et non sua poma,  
feris in posterum nepotibus umbram factura. Certe mihi,  
per plures iam annos hic commoranti et gradum doctoris  
ambienti, nihil magis ex voto accidisse reor, quam hoc  
tempore in primis, quo sub TVO, PRINCEPS SERE-  
NISSIME, moderamine et tutela res academicae vigent,  
florent, crescunt, immo summo fastigio, ad quod exten-  
dunt, proximae sunt, me ista dignitate ornari. Specimen,  
occasione hac a me elaboratum, vix dignum quidem est,  
quod TANTO PRINCIPI offeratur ac dicetur, nisi  
primum in Facultate iuridica inaugurale esset, quod sub  
TVIS auspiciis laetissimis publicam in lucem prodit. Hinc,  
ut pro ea, quae in TE PRINCEPS CLEMENTIS-  
SIME, indulgentia est summa, audaciae meae ignoscas, ne  
huic deuotissimi animi erga TE mei publicae et submissae  
testificationi veniam et gratiam neges, humillime rogo. Ad  
Summum rerum humanarum Arbitrum confugio supplex,  
vota pro salute TUA, concipiens et fundens ardentissima,  
vt TE, SERENISSIME PRINCEPS, fospitem atque

ineo-

incolumen seruos in annos seruet; confilia, quibus reipublicae saluti prospicis, sollicita et sapientissima benignissime secundet; atque TE terrarum, quibus praeceps, AMOREM ac DELICIAS, omni prosperitatis copia abundantem, rebus nostris interesse, quam diutissime patiatur. Gratiae atque protectioni Tuae me meaque litterarum studia qualiacunque, quibus, quantum per vires licebit exigua, annitar, ut FRIDERICO-ALEXANDRINAE Tuae, docendo prodesse quodammodo possim, humillime commendo, in TE, PRINCEPS SERENISSIME, colendo et venerando nemini concessurus vñquam,

## SERENISSIMO PRINCIPI

DOMINO CLEMENTISSIMO

Erlangae die XII Maii anno MDCCLXX.  
GODOFREDVS LUDOVICVS KRAVS.  
Vitembergensis Saxo.



Q. D. B. V.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS

DE

F E V D O A L I E N A B I L I

occas. II. F. 26. §. penult. iunct. II. F. 48.

---

§. I.

*Scriptionis introitus.*

**Q**V. FABIVM MAXIMVM dixisse: *quam arborem  
conseuifser, sub ea legere alium fructum, in-  
dignum esse; memoriae prodidit LIVIVS a).*

Hoc effatum, num mihi officiat, nec ne,  
quo iure alienum intrare fundum, natas ibi fruges decer-  
pere, colligere atque ex iisdem vel nouam efficere spe-  
ciem, vel detegere latentem liceat, viderint quidem alii b).

A 2

Haec

a) *Lib. X. c. 24.*

b) Dissertationis huius de F E V D O A L I E N A B I L I argumen-  
tum debetur, quod ingenue fateor, dissertationi: *de domino*  
*dire-*

## IV

## DE FEVDO ALIENABILI.

Haec et his similia, vt cumque animaduersa aut existimata erunt, haud in magno equidem ponam discrimine. Tantum

*dirēcto vasallis, oppignerando feudo consensu petentibus, non difficulti; quam in FRIDERICIANA nostra, ILLVSTRI atque MAGNIFICO SCHIERSCHMIDIO PRAESIDE, VIRO cum cura dicendo, PATRONO ac studiorum meorum PROMOTORE sancte venerando, anno 1766. CL. WI- DERVIS publici iuris fecit et a telis dissentientium vindicavit. In §. VI. p. 21. eiusd. *Dissert.* refertur FEVDVM ALIENABILE ad species feudorum exceptas, quibus nemo pe consensu domini, vt alienationi vel oppigneratione petatur, necessarius non est. In *not. f.* §. dict. subiecta confirmatur sententia ista iuris feudalis peritorum auctoritate; sed additur: *Textus etiam iuris feudalis Longobardici afferri solent, II. F. 48. iung. II. F. 26. §. penult.* Haec duo in. capitula variis premi difficultatibus et interpretibus facessere negotium, vt alios taceam, BITSCHIVS ad dict. §. penult. II. F. 26. et THOMASIVS in *Diss. de feudo alienabili* (*in selecti feudal. Tom. II. p. 218. §. 8. seqq.*) monuerunt et causas huius rei exposuerunt, quamvis THOMASIVS §. 12. seqq. d. *Dissert.* dum opiniones interpretum varias et ipsos textus illos feudales dubios negligendos et seponendos esse praecepit, nodum hunc Gordium magis ferro secuisse, quam soluisse videatur. Litem hanc in praesenti nostram non facimus, sententiam plenius explicandam tempori futuro et occasione magis commoda seruantes.*

Ex his seminibus sparsis arborem ad auras aetherias tendentem, sublimi quidem vertice nondum nutantem, fructus in. quosdam iam maturos et decerpentes porrigentem, succreuisse, conspicere mihi videor. Detur nobis, manus iniicientibus, quam poscimus, venia. Placitam abstinuisse bonis, difficile est. Nec, quae altera ex parte mens prouida recti suggerit: praedonum scilicet aliorumque celestissimum hominum collegia eandem veniae caussam obtendere,

ea-

## DE FEVDO ALIENABILI.

V

tum abest, vt excusatione MAENII nugatoria et friuola  
A 3 vtar,

eademque abuti posse, consilium mutant. Duo cum faciunt  
idem, non est idem. Sic

*Atticus eximie si coenat, laetus habetur,  
Si Rutilus, demens.*

IVVENAL. Sat. XI. v. 1. et 2.

Recte HORATIVS:

*Publica materies, inquit, priuati iuris erit, si  
Nec cirea vilem patulumque moraberis orbem.  
Nec verbum verbo curabis reddere fidus  
Interpres: nec defilis imitator in arctum,  
Vnde pedem proferre, pudor vetet, aut operis tex.*

de art. poet. v. 131. seqq.

Id quod BONDIVS in *Comment. ad h. l. not. d.*, ad rem no-  
stram apposite ita interpretatur; *Argumentum ab alio publica-  
tum, vel tractatum, tuum putabitur, si argumenti tantum  
speciem referas, non etiam singula minutatim prosequaris.*

Quod reliquum, ne dubitandi pariter ac decidendi ratio-  
nes, vt practicorum schola loqui amat, pleniores in hac  
nostra caufsa desiderari possint, quas iudici illibatas, nec  
debilitatas, nemo, qui caufiae sua fudit, suppeditare dubitat;  
excitabo GAIUM ICtum, exprimissorem quippe, cui domi  
nascitur aurum, locupletem, auctoritatis quoque summae et  
fidei exploratae. GAIUS nempe noster in libro II. rerum  
cotidianarum, saureorum, NERVAE ET PROCVLI, SABINI  
et CASSIR, ICtorum, ob feruentissimum diuersae sectae stu-  
dium bellum inter se perpetuum gerentum, sententias con-  
trarias recentef, suum quoque adiungit iudicium. Sed GAIUS,  
habenis quasi effusis philosophantis, dictata integra ne  
huc transcribam, specimenis huius limites angusti prohi-  
bent. Cui volupe est, aeat l. 7. §. 7. D. de A.R.D. fragmen-  
ta GAIUS ad rem praesentem spectantia, larga manu exhibe-  
tentem.

vtar, vt eum potius, qui HORATIO c), recta et fana prae-  
cipienti, assensum negare vellet, bene et nauiter impu-  
dentem, immo perfidae frontis esse, iudicem. Ast talia  
paranti iniuriarum actio intendi potest. Nec de hac qui-  
dem sollicitus, occasione capitum II. F. 26. §. penult. iunct. II. F.  
48. de FEVDO ALIENABILI commentaturus quaedam,  
viam ingredior.

## §. II.

*Absit inclavescendi pruritus!*

Vix ac ne vix quidem ex isto discrimin'e, plagii scilicet litterarii suspicione, mihi quomodo cunque seruato, aliud et grauius existimationis atque famae, nec acquisitae quidem, perdendae periculum imminere videtur, quod Rubicone iam trajecto subeundum et tentandum est d). Iacta est

c) Sat. III. Lib. I. v. 21. seqq. - - Heus tu  
(Quidam ait) ignoras te? an ut ignotum dare nobis  
Verba putas? Egomet mi ignosco, MAENIVS inquit,  
Stultus et improbus hic amor es, dignusque notari.

d) Quodsi noster hic Ajax in spongiam incubuisse? Nec uniuersam eruditorum, nec ICTORUM separatim, rempublicam inde calamitatis quid accepturam fuisse, probe intelligo. Medum de scriptionis argumento cogitabam, aedificandique materiem anquirebam et parabam, non oscitanter et perfundotie obiurgando, admonui faepius:

Periculosa plenum opus aleae  
Traetas et incedis per ignes  
Suppositos cineri' doloso.

HORAT. Lib. II. Od. I. v. 6. seqq.

Ligno.

est alea. FEVDI ALIENABILIS naturam ex *iuris feudalis Longobardici antiquioris et Germanici bodierni* fontibus rite explicandi, impetum cepi. Ut alios taceam, THOMASIVM in primis, *opiniones interpretum varias negligendas et ipsos textus feudales dubios seponendos esse, praeципientem; nondum Gordium magis ferro secantem, quam commode soluentem* e); aduersarum itaque partium ordines ducentem, vitare ac praeterire neutiquam licet. Principiis enim ex iure feudali Longobardico potendis atque in argumenti istius dissertatione hac Imma constituendis et explicandis obstat. Ast THOMASIVS! quantus vir! quanti nominis! quantae auctoritatis f)! Sen-

. - *Lignorum aliquid poste oculis  
Et quae componis, dona Veneris, Telefne, maritos;  
Aut clade et positos tinea pertunde libellos.  
Frangere miser calamos, vigilataque proelia dele.*

IVVENAL. Sat. VII. v. 24. seqq,

Verum enim vero consilium a priori diuersum se mihi probasse, res ipsa docet, cuius rei rationes mox dabo.

a) *Vid. not. b)* §. praeced,

f) THOMASIVM cum Philosophorum et Ictorum, quos omnis aetas tulit, principibus comparari posse, in mentem mihi venit. Tentationi huic et voluptuti, quam ex laudibus THOMASIT capio, ne succumbam, metuo. Per singulos autem heroes, quibuscum conferri potest, eundo, fatum monachi istius, depraedicantis quippe sancti cuiusdam viri laudes, impendere mihi video. Monachus, locum dignum quaerens sancto, at non inueniens, ingeminare illud suum: *ascende superius, vsque adeo cogebatur, vt auditores rei huius pertaeſi, relinquere eum, quam finem orationis operiri, satius esse ducerent. Superuacaneos, quos THOMASIO decernis honores, mitte quaeſo!* Tuis laudibus non eget. Haec prouincia iam occupata est. Laudator THOMASIO contigit, qui silentium tibi imponit, itaque tacite venerandus est.

Les

tentiam tamen, THOMASII placitis contrariam, defendere,  
atque dissentendi rationes paullo plenius exponere, audeo.  
Laudes THOMASII, licet debitas eidem et iustas, in *not.*  
*f. bvi. §.* ex industria nimium ornatae atque amplificasse  
qui-

*Les Universités prosperoient en même tems : Halle et Franc-  
fort étoient fournies de savans Professeurs. THOMASIVS  
Gundling, Ludewig, Wolff et Stryk, tenoient le premier rang  
pour la célébrité et faisoient nombre de Disciples.*

*En 1708. une femme, qui avoit le malheur d'etre vieille, fut  
brûlée, comme sorcière. Ces suites barbares de l'ignorance  
affectionnent vivement THOMASIVS, savant Professeur de  
Halle ; il courrit de ridicule les Juges et les procès de sor-  
cellerie, il soutint des Thèses publiques sur les causes physi-  
ques et naturelles des choses et déclama si fort, qu'on eut  
honte de continuer l'usage de ces procès ; et depuis lui le Se-  
xe put vieillir et mourir en paix. De tout les Savans, qui  
ont illustré l'Allemagne, Leibnitz et THOMASIVS rendi-  
rent les plus grands services à l'esprit humain. Ils enseigne-  
rent les routes, par lesquelles la raison doit se conduire,  
pour parvenir à la vérité. Ils combattirent les préjugés de  
toute espèce. Ils en appellèrent dans tous leurs Ouvrages à  
l'analogie et à l'expérience, qui sont les deux Béquilles avec  
lesquelles nous nous traînons dans la carrière du raisonnement  
et ils firent nombre de Disciples. Voyez La Suite de Me-  
moires pour servir à l'Histoire de Brandenbourg. p. 76. et  
p. 118.*

*His laudibus THOMASII ne quid addam, ne cogitem de au-  
gendis amplificandisque iisdem, caueo tediulo. Diuersam  
quodsi contrariamque inire viam conarer; dicta factaue THO-  
MASII, quae ad vniuersitatem spectant philosophiae iuris que  
scientiam, egregia atque praeclara magis obscurare, quam  
illustrare me velle, intelligentiores harum rerum suo iure  
fuspicarentur.*

quibusdam videbor. Latetne anguis in herba? Minime. Diu satis iam a primis fere reipublicae litterariae initiis agitur haec fabula, ut eruditorum nomen anxie ambientes quidam, Hectoris, ne vieti quidem, laudem et gloriam vñquam consecuturi, Thersitae potius similes, Achillem, Vlyssem, Diomedem, Aiacem Telamonium, Agamemnonem et reliquos reipublicae principes conuitantes; quaecunque ab iisdem recte et ordine dicta vel facta sunt, culpantes atque sinistre interpretantes, maiora, quam virium tenuitas patitur, moliendo et praecipiendo, famam sibi apud ignaros et imperitos comparare nulli dubitent g). Liceat illis

g) *Ad nomen magnorum ob aliquam eximiam laudem virorum, sicut ad occursum ignotorum hominum, minutis canes latratis. Expedit enim vobis, neminem videri bonum; quasi aliena virtus exprobatio deliciarum vestrorum sit. Inuiti splendida cum sordibus vestris confertis, nec intelligitis, quanto id vestro detrimento audeatis.* SENECA de vita beata c. 19. Dictum sibi putent, qui nominis fama conspicuorum atque illustrium virorum, inprimis fato defunctorum, erroribus levissimi, saepius nulla animaduisione dignis, conquirendis et expurgandis, operam locant; quisquilius omnis generis euerendo, vitam transfigunt totam. Liceat mihi mores homunculorum istorum ex argilla et luto factorum, quibus in laeva parte mamillae nil salit generos, adumbrare leuiter. Nimia sui veneratione inflati, suos quoque ingenii foetus, si quos forsitan fecerunt, simiarum more amantes, alto supercilio aliena quaevis contemnunt, aspernantur, fastidiunt; ex inuidia, quin immo iniuria alorum, plausum, laudem, gloriam querunt et captant. Hinc omnem iuris et aequi, honesti ac decori abiiciunt curam; dictis et scriptis magnorum virorum, ut ita dicam, inhiant, retia tendunt, insidas

illis esse beatis. Fata viam inuenient. Nimio amore sui atque fiducia capti, omnem, quae adhiberi iisdem posset, disciplinam impediunt efficiuntque inanem. Quid igitur in-  
cl-

diasque struunt. Opimam sibi videntur praedam nocti, modo naeulos quosdam, nullius momenti, humanae naturae atque communi imbecillitati et fragilitati condonandos detegant, quibus tum augendis, tum refutandis, probabilitatem, ornatum atque lenocinia orationis queuis accommodari, minus itaque peritis fucum obiici posse, confidunt. Successu hoc prospero laeti et nimiopere, elati, (imbecillam quippe indolem et iudicia peruersa homuncionum istorum, quibus indulgent, depingo et resero,) ambitiosa diligentia, accusatio spiritu, sententia acerbissima, quasi censores lege, auctoritate publica constituti, senatus principes notant, senatu mouent atque eliciunt, vanissimae persuasionis fiduciaeque pleni, fore, ut locus inter proceres reipublicae litteratae maxime honorificus atque eminens, nostri non solum seculi consensu, sed serae quoque posteritatis iudicio, merito et iuris ex necessitate ipsis decernatur. Rationes quippe ita subducunt: virum, qui ope ingenii sagacioris aliorum vider aberrationes, non posse non plus sapere et praestare magnis ictis viris, quorum peccatilla occulta, sint vera, sint imaginaria, ut saepius fieri solet, in lucem protraxit. Falluntur ipsis egregie; saepius etiam fallunt minus intelligentiores. Eiusmodi

*Terra malos homines nunc educat atque pusillos;  
Ergo Deus, quicunque adspexit, ridet et odit.  
IVVENAL. Sat. XV. v. 70. seq.*

Imperator priscorum Romanorum, ex censu illorum quidem, qui male audiunt, suis temporibus inuisi atque infames iure optimo habiti sunt; quorum memoriam etiam omnes milites et posteri damnabunt; C. CAESAR CALIGULA, fa-

lu-

clarescendi pruritu et gloriolae affectatae vanissimaeque suspicione carebit forsitan nemo, nisi magistri cuiusvis in verba iurare paratus; pecorum ritu sequens antecedentium gregem; pergens, non qua eundum est, sed qua itur? b). Ni  
ii

Iuberrimum tamen rei litterariae vniuersae excogitauit et proposuit institutum: Sed et certamen quoque, inquit, sive-toniūs in vita Caligulae c. 20. graecae latinaeque facundiae; edidit. Quo certamine ferunt victoribus praemmia viatos contulisse, eorundem et laudes componere coactos. Eos autem, qui maxime displicuerint, scripta sua spongia, linguaue delere iussos, nisi, ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi, maluerint. Utinam Principes nostri optimi, quibus scientiarum salus curae cordique est, consilia haec Principis pessimi salutaria, quatenus forsitan ad rem nostram praesentem applicari possunt, seuerentur; et ab ipsis vomicis et carcinomatibus, obrectatoribus nempe alienae virtutis, tempublicam eruditorum hac, vel alia ratione quacunque commoda liberarent!

b) Conf. SENECA de vita beata c. 1. seqq. Iter hoc vtique expeditum et tutum est, inoffenso pede progredi licet. Cur idem placeat pluribus, vt cauillas, quae sunt diuersae et multatae, recensemam ordine, huius loci non est. Assentandi tamen studium nimium aequa, immo plus, ac pruritum inclarescendi et notandi aliorum errores, nocere reipublicae eruditorum, aequi rerum aestimatores haud negabunt. B. AVGUSTIN. A LEYSER, quo praeceptore me ysum esse, dum spiritus hos reget artus, gloriabor, in tract. de assentationibus I. Ctorum, plura, quae hic spectant, attulit, et more suo doctissime atque elegantissime explicauit. Gnatho apud TARENTIVM in Eunuch Act. II. Scen. II. v. 17. seqq. parasitorum, vt sibi videbatur, sui temporis princeps, adulandi, assentandi et parasitandi artem elegantiorem, a se primum inuentam, ita nobis tradit:

si omnia me fallunt, medium semitam facilem quasi ex longinquio prospicio, cui dicere possum; tu mihi sola places.

Ra.

*Hos, (quos scilicet amiebat,) consector; hisce ego non paro me, ut rideant,*

*Sed eis ultro arrideo et eorum ingenia admiror simus:*

*Quicquid dicunt laudo: id rursum si negant, laudo id quoque:*

*Negat quis, nego: ait, aio: postremo imperauit egomet mihi,*

*Omnia assentari.*

Saepius, haec verba TERENTIANA legens, aegre tuli et grauissime dolui, numerosam gentem et tribum eruditorum esse, in quam dici eadem ad amissim possint. Tantis quippe est assentatorum et parasitorum litteratorum numerus; malum ipsum tam altas egit radices, ut isti stabulo Augiae purgando Hercules ipse sufficiat nunquam. Parasitos aliarum scientiarum et artium non moror. Gnathonem vero et parasitum ICTUM abhorreo, eundemque maxime ridiculum et perniciosum esse iudico. Speciat hoc ad illos, qui ICTORUM magni nominis effata, oraculorum loco et quasi ex tripode dicta sint, aestimant; legum dispositioni et, quae inde legitima ratione deduci possunt, consecutionibus vim omnem et auctoritatem fere negant, nisi consensus eximii et nobilis cuiusdam ICTI accedit; nunquam iudicant ipsis, parati potius, ire pedibus in cuiusvis sententiam, modo inter spectatos et insignes ICTOS iudicio communi numeretur. Vix de iniuria sibi illata conqueri possunt, si quis occineret ipsis HORATII illud:

*O imitatores, seruum pecus! ut mihi saepe*

*Eilem, saepe iocum veltri mouere tumultus!*

*Lib. I. epist. 19. v. 19.*

Iam

Ratio nempe veritatis in primis habenda, haec dux et magistra sequenda est. Cauendum itaque, ne auctoritati aliorum tribuamus nimium; hinc prae iudicatis atque erroneous indulgeamus opinionibus, nubem pro Iunone amplectentes; deinceps

Iam diu satis risimus simplicitatem et recordiam eorum, qui ICto, sine lege loquenti, semper erubescendum esse, affuerabant. Facies rerum mutata est. Succederunt in locum priorum alii, qui de negotiis ciuilibus ex legum sanctis, vel eorum analogia decidendis loqui sine ICti auctoritate erubescunt. Tale quid illis plerumque iurisprudentiae Doctoribus meticulosis accedit, qui, licet veritatem et errores aliorum ita acute, quam aut aquila, aut serpens Epidaurius, cernant, eosdem tamen ab aliis admissos errores, veritati quantumuis noxios, publicare non audent, ne litibus implacentur et controuersias, cum ipsis errorum auctoribus, quibus contradicendum est, vel eorum defensoribus, suscipiens, exercendis atque componendis. Timent quippe, placidam, tranquillam et securam, quam elegerunt, viuendi rationem ne quid turbet. Gaudent et laetantur, quod VLPIANVM habeant consentientem sibi, in l. 4. §. 1. D. de alienat. iud. mutand. causs. fact. praeципientem: verecundam cogitationem eius, qui lites exercratur, vituperandam non esse. Verum enim vero boni illi viri, non sibi solis, sed reipublicae quoque se natos esse, obliuiscuntur; aspernantur SENECAM monitorem: Tritissima quaque via et celeberrima, inquit, maxime decipit. - Quod in flage hominum magna euenit, cum ipse se populus premit, nemo ita cadi, ut non alium in se attrahat: primi exitio sequentibus sunt; hoc in omni vita accidere, videoas licet; nemo sibi tantummodo errat, sed alieni erroris et caussa, et auctor est. Nocet enim applicari antecedentibus et, dum unusquisque manu添 credere, quam iudicare, nunquam iudicatur, semper creditur: veritatique nos et praeceps traditus per manus error. Conf. alleg. c. 1. de vita beata.

deinceps, ne prauis affectibus, quos inclarescendi pruritus  
gignere atque excitare solet, ducti, in diuersa et alia omnia  
contra fas atque iura discedamus, siue rapiamur potius,  
cane peius et angui vitandum est. De reliquo, studium in-  
notescendi honestum modo suis et iustis continetur fini-  
bus, veritatis indagandae contentionem, cui primas dedi-  
mus partes, non impide, adiuuare potius eximie; hinc  
viro ingenuo neutiquam indignum, sed omni, qui aliorum  
commodis inferire cupit, necessarium esse iudico *i).* His  
cau-

*Si quis nunc quererat : Quo res haec pertinet ? Illuc :*  
*Dum vitant flulti vita, in contraria currunt,*

HORAT. Serm. Lib. I. eclog. 2. v. 23. seqq.

Inclarescendi pruritum si damnas, recte facis et ordine ; si ni-  
miae vero assentandi facilitati indulges, proficis nihil. In-  
cidisti in Scyllam, cupiens vitare Charybdis. Morbus te ve-  
xat grauior et pernicioſior, quam si pruritui inclarescendi ob-  
noxius esſes.

*Damnoſa quid non imminuit diēs ?*  
*Actas parentum, peior auis, tulit*  
*Nos nequiores, mox datus*  
*Progeniem vitiōſorem.*

HORAT. Lib. III. od. 6. v. 45. seqq.

Heu ! quantum degenerauimus a simplicitate morum et grau-  
itate noſtrorum maiorum ! Audiamus TACITVM c. 19. de  
moribus german. Nemo, inquit, illuc ridet vita : nec corrum-  
pere et corrumpi, ſeculum vocatur.

*i) An erit, qui velle recuſet,*  
*Os populi meruiffe ?*  
*Non ego, cum scribo, ſi forte quid aptius exit,*  
*Quando haec rara auis eſt, ſi quid tamen aptius exit,*

Lau-

cautionibus adhibitis, vt auctoritate illustrium virorum seducti, assentatorum vilium et turpium augemus numerum; altera vero ex parte, virtuti magnorum herorum et gloriae de-

*Laudari metuam. Neque enim mihi cornea  
fibra est.*

PERSIVS Sat. I. v. 4r. seqq.

Studium innotescendi, ex ambitione deriuandum, et haec, vt ita dicam, mater illius esse videtur. Filiabus qui mores sint, ex famae, vel infamiae nota, que matri adhaeret, coniicare et iudicare solemus. Ast ambitioni non fauent morum Doctores; sinistrum potius de illa iudicium ferre confueuerunt. Praeter ea QVINTILIA NO si credimus, quid pronunciandum sit, non liquet. *Licet ip/a vitium sit ambitio,* inquit, *frequenter tamen causa virtutum est.* Lib. I. c. 2. *Instit. Orat.* Hoc QVINTILIANI paradoxon soluat quisquis velit, mihi in praesenti tantum otii non est. Inclarescendi pruritum non dubiae originis, sed vitiosis parentibus generatum esse; innotescendi vero studium ab antiqua et nobili stirpe virtutum descendere, acriter defendo. Idem illud appellari iure honestum posse, nullus dubito. Vtrumque, innotescendi studium honestum, et pruritum inclarescendi, qui, Castoris et Pollucis, fratum gemellorum, ad exemplar, ouo prognatum eodem, sibi peruident, eorum ingenii acuminis et facultati in obseruandis et constituendis specierum differentiis, multum non tribuo.

Sapientissimus humanae naturae conditor nostrum cui libet felicitatis propriae promouenda curam non leuiter commendauit; sed instinctum naturalem adiungendo vehementissimum, studium illud, suis commodis prospiciendi atque semet ipsum perficiendi, necessarium effecit adeo, vt eodem carere villa ratione non possimus: praeter ea vero felicitatem cuiusvis cum aliorum et societatis vniuersae vtilitatibus ita ar-

detrahamus; deieictis atque funditus quasi euersis et demilitis imaginibus et signis eorundem, vt alia nostram faciem exprimentia, reponere audeamus, fieri vix poterit. Qui artes,

arctissime copulauit, vt nemo ab omni aliorum auxilio et adiutorio segregatus, in secessu et procul ab hominum frequentia secure, ne dicam beate, viuere queat. Ex his fundamentis positis intelligimus facile, ad praefanda nobis in uicem officia mutua omnis generis nos obligari, vt scilicet communis omnium et propria cuiuslibet felicitas rite ac voluntati summi naturae Legislatoris conuenienter obtineatur. Annitendum itaque singulis est, vt dotes illas, quae hominem ab homine distinguunt, egregias atque praeclaras, societati vtiles, in primis veritati indagandae et propagandae aptas, quarum femina, vt ita dicam, bonitas Creatoris immensa cominit sui, nec ulli negavit, elaborent atque perficiant seculo. Sed

*Scire tuum nihil est, nisi, tescire, hoc sciat alter;*  
recte et egregie iudicat PERSIVS Sat. I, v. 26. Versu sequenti quidem addit:

*At pulchrum est digito monstrari et dicier hic est.*

Ironice vero haec, quae ad pruritum inclarescendi spectant, dici a PERSIO dubitabit nemo, qui paullo curatius hanc Sat. I. legit. Etenim v. 48. seq. hui. Sat. veram et suam proponit sententiam:

*Sed recti finemque extremumque esse recuso:  
Euge tuum et belle. Nam belle hoc excute totum.*

Sed haec obiter. Vtique superuacaneus erit labor noster, quem perficiendis nobis adhibemus et societati destinamus, nisi notus et publici fiat juris. Necesitatem igitur studii innotescendi satis, quantum ad nostrum pertinet institutum, ostensam

artes, quae mores emolliunt, nec nos sinunt esse feros, dicit fideliter, eum via haec media haud latet, me duce, vel comite non eget. Leuiter eandem indicasse sufficiat, ne in me dicatur: *sus Mineruam*. Iudicent peritiores, num ipse ego, quam meditor et monstro, tenuerim viam, an a recto aberrauerim tramite k).

## §. III.

sam esse opinor. Prolixiore vero demonstratione quid opus? Quae hoc usque attulimus, ex fontibus rationis rectae quidem, sed sibi relictae, haudimus et petuiimus. Purior et sanctior quoque doctrina Seruatoris nostri studium innotescendi probat, commendat et inculcat; *Non potest urbs latere in monte sita. Nec accenditur lucerna, ut sub modio, sed ut in candelabro ponatur; atque ita omnibus, qui domi sunt, illuminat. Sic luceat vestra lux apud homines. Matth. c. 5. v. 14. seqq;* ex interpret. CASTELLIONIS.

Addo obseruationem perbreuem: studium innotescendi innocens atque honestum est; limites vero virtutum et vitiorum vicini et contigui sunt. Caevant qui innotescere cupiunt, ne imprudentius transeat fines, et in regionem pruritus inclarescendi deserantur.

k) Reuerenter et fideliter colo THOMASIVM, itaque a voluntate et conatu laceffendi et vexandi eius scripta atque ex iniuria et iniuria eiusdem aucupandi gloriolam, longissime absum. Veneratio tamen haec, qua THOMASIVM prosequor, me non occaecauit adeo, ut illum ab omnibus erroribus omnino immunem et nihil humani passum unquam esse, existimarem. Indignor utique, bonum THOMASIVM quandoque dormitasse. Modeste, quae mihi displicant, indica-bo. Est et mihi censendi ius. Forsitan non deerunt, qui de meis aulis iudicabant idem, quod Rutuli de Turno, sibi Aeneam in certamen poscente:

C

At

## §. III.

*Feudi alienabilis definitio.*

Sed, quae huc usque differui, iustum prologi spatium excedunt.

Sci-

*At vero Rutulis impar ea pugna videri  
Iam dudum et vario miseri pectora motu;  
Tum magis, ut proprius cernunt, non viribus aequis.*

VIRGIL. Aeneid. Lib. XII. v. 216. seqq.

Esto. Non repugno. Meae scientiae qualiscunque, ingenii mei quantumuis exigui modulum, ad illam mensuram iustum, quae THOMASII ingenio viuaci et fertili, iudicio graui et subtili, omnisque doctrinae copiae insigni, ad amus sim respondeat, qui exigere; hinc, quod THOMASIO longe impar sim, ius annotandi, quae censuram forte merentur, negare mihi vellet; eundem ceu iudicem oppido iniquum et suspectum, immemorem quippe: *saepius et oltorem valde opportuna locutum esse*, recusarem et perhorrescerem. THOMASIVM ipsum, si inter viuos adhuc degeret aetatem, extimescerem minus. Inter eius virtutes insignes eminebat maxime haec, vt studium ineuctigandae veritatis commendaret fideliter; auctoritatis praeiudicium, vti vocatur, damnaret acerbe; alios quoque, vt opiniones et iudicia sua exquirerent et perscrutarentur, viriliter excitare et adhortari soleret. Ecce quoquo virum vere magnum! Dissensum aliorum ferre potest. Contra ea *pustilli hominis et miseri est, repetere mordet.* Mures et formicae, qua manum admoueris, ora conuertunt: *imbecillia se laedi putant, si tanguntur.* SENECA de ira c. 34. Impedimento quae mihi erant, illis omnibus, nisi vana sunt, quae auguror, iam feci satis. Nunc non, quo me miserit THOMASIVS, sed quo duxerit, ibo.

me-

*Scimus et hanc veniam petimusque damusque vicissim.*

Huius rei rationes promtas et paratas desiderantibus me daturum, promitto et spondeo. Ast nunc frons paullatim contrahenda et corruganda est; FEVDO enim ALIENABILI, ex mente iuris feudalis Longobardici explicando, me accingo 1).

FEV-

— medio tutissimus ibis.  
*Neu te dexterior fortuna declinet in anguem;*  
*Neue sinistior pressam rota ducat ad aram;*  
*Inter utrumque tene. Fortunae cætera mando;*  
*Quæ iuuet et melius, quam tu tibi, consulat, opto.*

OVID. Metamorph. Lib. II. v. 135. seqq.

1) Tristis, obducta fronte, ceu Marsya victus, reliqua forsitan legentibus occurre nolle, exoptarem quoque, vt oratio, qualis ab incepto processit, sibi constaret et ad imum feruaretur. Verum enim vero, quemadmodum cultus idem et habitus non omnes decet; ita veritatibus quoque grauioribus et seuerioribus qui ornatum paullo ambitiosorem, ne dicam scenicum, aptare vellet, procul dubio se ipsum præberet deridendum. Modeste itaque et sobrie, quantum ingenii teruitas, inprimis vero operis materia permittit, incedendum est.

— *Veluti pueris absinthia tetra medentes*  
*Cum dare conantur, prius oras pocula circum*  
*Contingunt mellis dulci flauoque liquore,*  
*Ut puerorum ætas improvida ludificetur*  
*Labrorum tenus, interea perpetuam amarum*  
*Absinthi laticem, deceptaque non capiatur,*  
*Sed potius tali fatto recreata valescat:*  
*Sic ego nunc, quoniam haec ratio plerumque videtur*  
*Triplior esse, quibus non est tradita, retroque*

C 2

Vul-

FEVDVM, dominium utile esse, retento dominio directo, concessum vasallo lege fidelitatis; porro feudum in proprium et improprium dispesci m), quemlibet, leuiter saltem principiis

Vulgus abhorret ab hac, volui tibi suauiloquenti ratione exponere nostram,

Si tibi forte animum tali ratione tenere in nostris possem.

LVCRETIVS de rerum natura Lib. I. v. 935. seqq.

m) VLPIANVS ICtos, veram philosophiam, non simulatam, affectantes laudat recte quidem, sed modeste; addit enim: nisi fallor. Vid. l. i. §. i. D. de iusit. et iur. Ut alia, quae ad philosophiae moralis pertinent disciplinam, praetereaem silentio; speciem dialecticum, ex nostra arte petitum, exhibeo. Non essentialia solum ab accidentalibus in quois negotio diligenter distinguunt, sed accidentalia etiam diuersa separant follicite. Nam, accidentalia duplicitis generis esse, docent. Alia, negotio cuidam inesse, praefumi; haec vocant naturalia. Alia, ex regula si iudicas, non adesse, voluntate tamen illorum, qui gerunt negotium, adiici posse; haec nomen accidentalium retinent. Rem tironibus notam ut exemplis aliunde petitis illustrem, superuacaneum est. In praefensi, quantum feudum proprium distet ab improprio, sine hac accidentalium differentia intelligi nulla ratione potest; hinc species utriusque diuersa deriuatur. Proprium enim feendum est, cui, praeter essentialia, omnia seudi naturalia insunt. Improprium vero feendum erit, in quo saluis et integris feudi essentialibus accidentalia in genere sic dicta mutantur. Hoc triplici modo accidere potest: pacto scilicet vel naturale quoddam tollitur; vel accidentalie nouum in specie sic dictum adiicitur; vel demo vii, aut alteri, naturali adduntur unum, aut plura accidentalia. Postremus hic modus, constituendi feendum improprium, mixtus; priores, doctrinae cauſa, simili-

piis Longobardici iuris feudalnis tinctum, mihi assensurum esse confido. Praeter ea FEVDVM ALIENABILE, vt quis ad feuda propria referat, vereor nullus, impropriis potius ab omnibus accenseri solet. Haec tenus omnes, quos vidi et euolui, iuris feudalnis Longobardici DD. quos in rebus quippe notissimis excitare nolo, inter se consentiunt. *Omnis vero quae a ratione suscipitur de aliqua re institutio debet a definitione proficiendi, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur n).* FEVDVM igitur ALIENABILE mihi est feudum improprium vasallo datum, *vt libere idem et absque domini consensu o), quocunque, etiam allodii, iure in quemuis alium per contractum inter viuos transferre possit p).*

## §. IV.

plices, appellari possunt. Postea et mox dicendis, quae haec tenus disputauit, vtilia et necessaria erunt. Sapiens HORA-TII praeceptum:

quae  
*Desperat trattata nescere posse, relinquit;*  
Art. poet. v. 150.

neglexi et violavi sciens prudensque, nec veniam peto peccato, saepius, vt praeuideo, a me in posterum committendo.

n) CICERO Lib. I. c. 2, de officiis.

o) Absque domini consensu feendum proprium alienari non posse, iuris expediti est. LOTHARIUS ET FRIDERICVS BARBAROSSA, IMP. hanc legem feudis, ne domini directi iura laedantur, II. F. 52. et II. F. 55. posuerunt primi, itaque naturalia feudi hoc additamento auxerunt. Cum vero necessitas consensus, quem dominus alienando feudo dat, pertineat ad feudi naturalia, quae pactis, si feudi improprii constitutio placeat, immutari possunt: dubitandum

## §. IV.

*Definitionem nostram feudi alienabilis  
Longob. Ius confirmat.*

Egregie tibi places. Definitionem FEVDI ALIENABILIS, quam quippe, cum conderes, largum tibi expref-  
fissē

non est, feudum improprium a domino ea lege concedi posse, vt vasallus, si in posterum alienationem feudi sibi vtilem et commodam existimet, consensu domini non indigeat. Ait tale feudum a meo alienabili differt. Caveant, qui haec legunt, ne duo haec feuda confundendo iouem imitentur VIRGILIANVM, decernentem quippe :

*Tros, Rutulusue fuat, nullo discrimine habebo.  
Aeneid. Lib. X. v. 103.*

Feudo huic improprio, cuius mentionem iam feci, iuris feudalis DD. nullum assignarunt, quantum ego quidem memini, nomen certum et conueniens. Quid mirum? cum tantum non omnes hoc ipsum pro gennino et vnico alienabili venditarint, verum autem ex mente iuris Longobardici feudum alienabile non viderint. Quis omnibus rebus, iuste et legitimate designandis et appellandis praeter Adamum, communem et primum humani generis parentem, animaibus omnibus peculiare nomen imponentem, sufficiet quaeſo? Si cui tamen placeat, feudum, quod modo adduxi, nomine feudi in genere ex Iure feud. naturali alienabilis appellare, alterum vero, quod mihi explicandum sumi, vocare feudum in specie ex Iure Longobardico alienabile, eidem non repugno, caeſtus potius artemque repono.

THOMASIVS in diff. de feudo alienabili §. 1. (vid. Select. Feud. Tom. II. p. 218.) definit alienabile feendum : quod vasallus sine impetrato domini consensu alienare potest. Addit: sed ut in genere DD. rarius, feudorum improprietatum naturam et qualitates PLENE exponere solent; ita

WVRM-

fisse sudorem, suspicor, attulisti tandem. Magnae enim  
mo-

WVRM SERVS, et si de feudis impropriis peculiarem libertum ediderit, de feudo tn. alienabili, cuius circa finem tractatus meminit, ita supine negligens est, et cuique appareat, eam negligentiam non procedere ex defectu materiae scribendi, sed sanguiniter fuisse ab auctore affectatam. Quae THOMASIVS DDbus, in primis WVRM SERVO obiecit et exprobrauit: quod scil. feuda impropria rarius exponant PLENE; licet copia differendi non de sit, negligentiam affectent; haec quidem WVRM SERVS, adiungendo sibi reliquos iuris feudalis DD. reddidisset procul dubio THOMASIO, si dissertationem eius de feudo alienabili vidisset. THOMASIVS enim in diit. dissert. a §. 1. usque 36. ex principiis iurisprudentiae feudalis naturalis tantum, (cuius specimina egregia, praeter alios, L. B. DE WOLFF in iur. nat. Tom. VI. c. 2. et Illustr. DAN. NETTELBLADT in syst. iurispr. nat. Lib. II. dederunt,) feudi alienabilis naturam explicat; iura positiva feudalia, in primis Longobardicum, difficultates istius iuris inextricabiles esse iudicans, negligit; fundamenta, inde petit, dubia, incerta, vacillantia, contra quae §. 8. seqq. p. 227. seqq. disputat, magna cum cura ut negligamus, §. 12. p. 223. diit. dissert. suadet. A §. 36. usque ad finem dissertationis ex iure feudali naturali antea explicata ad priuilegium feudis Lufaticis concessum applicat, et controverbias nonnullas, eo spectantes, leui, vt ita dicam, brachio tractat. Quis, THOMASIVM feudum alienabile exposuisse plene, sibi persuadebit? Sed moneo saltem haec. Plene me ipsum argumentum hoc tractaturum esse, diffido fere, hinc nihil promitto; igitur

- - - - quea aut incuria fudit,  
Aut humana parum cauit natura,  
- - - - ne mihi fraudi sint futura, deprecor.

Praeter dominum, agnati et simultanei inuestiti ut consentiant feudo proprio alienando, necesse est, et ad prima iuris feudalis

molis erat, indulgere ingenio, partes male inter se co-  
haeren-

dalis elementa pertinet. Cur vero hoc ius agnatorum in feudo alienabili cestet, ex postea dicendis patescat plenius, quae hic praecipere nolo. Simultanee ineuctitos vero quod attinet; iura eorum ex institutis, vel *Germanorum*, vel *Longobardorum*, diiudicanda sunt. De ipsis, quorum exempla Saxonum et aliarum germanicarum prouinciarum iura feudalia suppeditant, in altera *Dissertatione*, quam *feudo alienabili*, ex *iuris germanici* hodierni principiis deriuando, destinavi, agendum erit. Hi vero, simultanee ineuctiti ex iure Longobardorum, possessionem partis feudi separatae consequentur statim; deficiente altero simultanei ineuctito, in partem huius non succedebant, nisi de successione pacto expresso sibi cauerint; vid. I. F. 8. §. vlt. I. F. 14. §. 2. II. F. 12. pr. Cum itaque simultanee ineuctiti sibi inuicem ex iuris Longobardispositione neutriquam succedant, cestat quoque ratio, ob quam consensus eorum feudo alienandi petendus sit. Reliquae species simultanei ineuctitorum iuris Longob. quorum *HORNVS* in *iurisprud. feud.* c. XII. §. 25. mentionem facit, quatenus ius succedendi tribuant, spuriæ sunt, et ad aliud genus referendae. Hinc consequitur, simultanei ineuctitorum, siue instituta Germanorum, siue Longobardorum leges, respicere velimus, rationem vilam in hac *Dissertatione* preluminari a me haberi non posse.

p) Pactum, quo feudum alienabile constituitur, tria continet capita diuersa. Vasallo competit 1) ius sine domini consensu ita alienandi feudum, vt feudi naturam retineat; 2) ius, intercedente alienatione, feudum mutandi in allodium; 3) vero vasallus haeciura non, nisi celebrando contractum inter viuos, exercere potest. Mox de singulis agendum separatim erit. Haec tria coniuncta veram et genuinam *feudi alienabilis* constituant differentiam, qua idem ab omnibus aliis feudis propriis distinguitur.

haerentes iungere et monstrum tale infandum pro vero ALIENABILI feudo nobis venditare q).

*Quisquis es o modo, quem ex aduerso dicere feci,  
ipse tu mihi videris ingenio viuidiori parere nimium, ra-  
piat illud te quascunque in partes velit. Ne libertatem,  
qua vtor, interpreteris male, tibi amicissimus precor. CEL-  
SVM si mihi adiutorem pararem, aduocatumue adiungerem,  
praedico tibi, fore, vt magis mutus fias, quam pescis r).  
Sed iure meo non vtor. Ut doceam, arbitrariam, imagi-*

na-

q) Qui cum THOMASIO et aliis iuris feudalibus DDBus, diffi-  
cultates, quae obstant, nulla ratione solui posse et nos late-  
rem lauare, sibi persuadent, illi certe mitius de nostra defini-  
tione vt ferant iudicium, vix spero.

*- Per tot discrimina rerum  
Tendimus in Latium, sedes ubi fatigata quietas  
Ostendunt.*

VIRGIL. Aen. Lib. I. v. 208. seq.

r) Iisdem artibus, quibus me, imbutum te esse, iuris itaque studiosum esse, conicio. Definitio enim, ex iuris scientia petita, nemini, nisi arcana huius artis probe habeat perspe-cta, displicere potest. Ast ICtorum, in primis Romanorum, effata et quae inde legitime fluunt, qui nostrum negligere iisdemque contradicere vellet, eundem, intestabilem esse, censeo. CELSVS in l. 24. D. de LL. Incivile est, inquit, ni-  
si tota lege perspecta, una aliqua particula eius propria, iudicare, vel respondere. CELSVS ius publicum, suos alio-  
rumque commentarios legentes, eandem vt obseruent mode-  
stiam, praecipuum enim generale et omnibus lectoribus con-  
ducibile est, procul dubio adhortatur. Quis CELSO negabit  
obsequium?

D

nariam me neutiquam, sed concinnam et veram dedisse definitionem, vltterius et longius in exteris et diffitis regiones excurrendum non est <sup>s)</sup>, nec veritas in abdito, vel puto, latet, vnde effodienda, vel extrahenda, eset. Tanto tumultu non opus, sed salua res est. Largior vtique, definitionem, quam §. *praecedente* exhibui, vanam fore, nisi definitum, *feudum* nempe, quod proposui, *alienabile* in rerum natura existere, siue, vt magis distincte sententiam meam exponam, nisi idem illud *feudum* ambitu iurisprudentiae feudalii vere contineri, iustis rationibus doceatur. Vnde vero demonstratio haec petenda erit? Nullibi, nisi ex legibus feudalibus Longobardicis, quibus in praesenti has curas nostras destinauimus. Ast THOMASIVS *leges feudales Longobardicas seponendas, et negligendas esse praecepit* <sup>t)</sup>. Seponemus et negligemus aliquantulum THOMA-

SIVM

<sup>s)</sup> *Quum senatus - - in curia Hostilia haberetur, cohortesque ex praesidiis reuertentes forte agmine forum transirent, centurio in comitio exclamauit: Signifer statue signum; hic manebimus optime. Qua voce audita, et senatus: accipere se omen; ex curia egressus conclamauit, et plebes circumfusa approbauit.* LIVIVS Lib. V.c.vlt. Imitabor centurionem Romanum. A definitione mea feudi alienabili, ne latum quidem vnguem, certe non longius, quam *Capillides*, quem curfitare, ac ne cubiti quidem menfuram progredi, proverbio graeco notatum est, (coh. SVETON. in Tiber. c. 38.) discendum esse iudico. *Hic statuere signum iubeo; hic optime manebimus.* Eueniant reliqua!

<sup>t)</sup> THOMASIVS in differt. de feudo alienabili, §. 8. fatetur, sedem doctrinae duobus illis capitibus, quae mox, interpre-tanda, ex parte quoque emendanda a me sunt, scilicet II. F. 26. §. pen. et II. F. 48, contineri. Statim eod. §. 8. usque

21

SIVM et quas iuri isti affingit difficultates; in via, quam ele-  
gimus, pergemus. Prouoco ad capita, II. F. 26. §. penult.  
et II. F. 48. Vtrumque caput definitionem meam confir-

*ad §. II. inclus.* varias adducit difficultates et contradictiones,  
quas textibus illis adhaerere, itaque impedit exsistim, ne  
sensus congruus et certus tribui ipsis possit. Cum vero iis-  
dem difficultatibus et contradictionis sententiis, de quibus po-  
stea erit dicendi locus, nulla afferri medela posse, videa-  
tur THOMASIO; hinc §. 12. dicit dixerit, ita ratiocinatur:  
Quomodo ergo scopulos istos evitabimus? Non melius forte,  
quam si initio omnia ea, quae dubia augent, nec tollunt, sepo-  
namus tantisper, ac magna cum cura plane negligamus. Ergo  
nec inspiciemus. Ictorum variantes et contradictiones opiniones,  
ut pote fundamentis dubiis et incertis, ac vacillantibus superstru-  
ctas. Nee curabimus ipsa haec fundamenta vacillantia, nempe  
textus feudales haec memoratos. Non disquiremus, an  
compilatio iuris feudalium Longobardici habeat vim legis et  
quantum habeat. Habeat enim licet tantam, quantum illa lex  
habere poterit, non maiorem tamen habebit, quam quae illi  
legi humanae attribui potest. Leges feruntur actionibus homi-  
num voluntariis, non actionibus intellectus. Intellectus enim  
hominis nullius hominis arbitrio subiacet, nec est obiectum le-  
gis. At in praesenti versamur circa interpretationem pacto-  
rum et conuentioneerum. Interpretatio est actus intellectus, non  
voluntatis, et ad Logicam magis pertinet, quam ad philoso-  
phiam de moribus, aut iurisprudentiam. Ergo quid opus est  
inspicere mentem compilatoris iuris feudalium et quomodo ipse  
pacta de alienando feudo interpretatus fuerit, cum eius inter-  
pretatio si cum regulis rectae rationis non conueniat, non habe-  
re possit vim legis, immo neque vim legis habeat, etiam si con-  
ueniat. Legis virtus est, cogere, praecepere, vetare, punire,  
adde etiam, si velis, permittere. Interpretationis bonae vir-  
tus est, persuadere per rationes palpabiles et euidentes. Haec  
nun Thomaſius.

mat egregie. Duo vero haec capita, cum bases et fulcimenta omnium eorum sint, quae de FEVDO ALIENABILI ex iure feudali Longobardico disputari possunt, vtriusque capitum verba hoc vt adscriberentur, curauit.

## II. F.

*Celeri circumspice mente,  
Et tua laefuro subtrahē colla iugo.*

OVID. de remed. amor. v. 89.

THOMASIVM in isto §. 12. *dissert. sua* nimium induluisse ingenio, quod accidit ipsi saepius, doleo et indignor.

Imo, vt sententiam diuidat, petendum ab ipso humaniter esse, censeo. ICtorum opiniones diuersas et LL. feudales ut magna cura negligamus, iubet. Nec ego quidem ICtorum sententias in re quippe, ex LL. feudalibus, vt opinor, decidenda, curo ullus. DD. vt producam frequentes, in hac dissertatione praeliminari qui expectat, alia sibi et maiora promittit, quam ipse praestare, animum induxi meum. Quem numerum auditorum, vel lectorum, docere alias cupienti sufficere existimat SENECA, idem numerus, ICtorum, meae causas accedentium eandemque probantum, sufficiet mihi. Democritus ait: *vnum mihi pro populo est et populus pro uno.* Bene et illé, quisquis fuit, ambigitur enim de auctore, cum quereretur ab illo, quo tanta diligentia artis spectaret, ad paucissimos peruenturae? Satis sunt, inquit, mihi pauci; *satis est unus;* SATIS EST NULLVS. Egregie hoc tertium, Vid. epist. 7. circ. fin. Quod DDrum consensu et auctoritate in hac controuersia carere possumus, hactenus assentior Thomafio. LL. vero feudales leponere nos posse, id quidem nego eidem. Supra in not. o. §. xxx. subiecta THOMASIVM feudi alienabilis naturam in dissertatione, contra quam dispuo, ex iuris feudalis naturalis disciplina tantum explicuisse, iudicauit. Iniquus itaque forsitan et iniustus ero, quod THOMASIO dem vitio ea, quae noluit tractare. Haec enim lib-

ber-

*H. F. 26. §. penult.*

*Feudum ea lege datum, ut ipse et heredes sui masculi et feminae et cui dederit, habeant, iisdem culpis amittitur, quibus et aliud feudum. Quod si vasallus alienauit, feudum esse definiat apud emtorem.*

*H. F.*

bertas in republica eruditorum non negata, sed concessa est cuius, vt rationem et modum statuere possit illis, quae vt euulgarentur, ex re sua esse, duxit. Videbor itaque immitis Homeric Achillis premere vestigia eiusque exprimere indolem ad leges HORATII:

*Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,  
Iura negat sibi nata, nihil non arroget armis.*

*Art. poet. v. 21. seq.*

Verum enim vero THOMASIVS aduersus commentatores iuris feudalii Longobardici disputat, argumentum se plenius tractaturum esse, pollicetur, conf. not. o. §. III. supra a me addita. Meliora itaque vel ex intimis, vt ita dicam, LL. feuduum Longobardicarum visceribus eruenda et arcessenda ipsi erant. Ut ingenue dicam, os sublinere nobis videtur, id, quod ipsi, talia ne cogitanti, vel conanti, potuit accidere. Ipse enim sibi, ne pleniora, quam alii DD. feudales, afferre posset, seponendo ius Longobardicum, praeculsum viam. Quid fieri autem de ICto, si licentiam ipsi dabimus, negligendi iura positiva? Quiduis demonstrabit ex quovis. Doctrina de aequitate vitanda, vt vocare solemus, cerebrina nullum amplius praefestabit usum practicum; locus eidem inter entia rationis assignandus erit. Nemo in posterum mirabitur Anaxagoram, qui niuem nigrā esse, dixit. Conf: CICERO in academ. quæst. Lib. II. vel potius IV. qui inscribitur: Lucculus, c. 23. Portenta haud minora parturiet ICtus, si eidem potestatem infinitam, neglectis legibus, formam dandi rebus, duce et auctore THOMASIO, afferemus. Non sepo-

D 3 nen-

## II. F. 48.

*Si quis ea lege alicui feudum dederit, vt ipse et sui heredes  
et cui ipse dederit, habeant, respondeo, iste, qui sic accepit,  
poterit id vendere, vel donare, vel aliter, si sibi placuerit,  
etiam*

*nendae itaque ICto Leges, videantur licet difficiles; interpre-  
tandae potius congrue et apte; si alia ratione de vero sensu  
non constet, remedio est opus; emendandae sunt commode-*

*In vitium dicit culpae fuga, si caret arte.*

*HORAT. de art. poet. v. 31.*

*Illo. Ut explicem, quid ipse de vsu iuris feudalis Longob.  
hodierno sentiam, vlt. diff. hui. §. occasionem mihi forte sup-  
peditaturum esse, spero. THOMASIVS in §. 12. juaz dis-  
sert. cuius verba in h. not. iam adduxi, liberalis est, iuri  
feud. Longob. tantam vim et auctoritatem, quam tam uita lex  
humana habuerit unquam, tribui posse, nobis largitur.*

*Quicquid id est, timeo Danaos, et dona ferentes.*

*VIRGIL. Lib. II. Aen. v. 9.*

Nec frustra praesagiuuit animus peiora. THOMASIVS enim conclusiunculis quibusdam, petitis ex natura interpretationis, implicare et illaqueare nos tentat, quibus nihil reponi posse, arbitratur, quibus itaque admissis, vana et inania forent, quae modo concessisse videbatur. Vim et auctoritatem quamcumque tribuere vt possimus iuri feudali Longob. permisit nobis; splendide nos remunerasse THOMASIVM, fatebuntur omnes, siquidem concedimus eidem: intellectui leges a nullo iure prae-  
scribi posse; hinc regulas interpretandi artis, in genere spe-  
cialitas, non ex legum sanctis, sed ex philosophiae et Logices  
imprimis praeceptis petendas et addiscendas esse. Ut tñ. rela-  
tum beneficium respondeat accepto, ne noctura nostrae caufae largiamur THOMASIO, prouidendum est. Quamuis le-  
ges humanae intellectui imperare neutiquam possint; eadem  
le-

*etiam sine voluntate domini alienare et ille etiam, cù datu  
fuerit, non habebit ipsum pro feudo, nis scut ei datum est.  
Sed qualitercunque ei datum fuerit, sive ad proprium, sive ad  
libellum; licet propriam feudi naturam non habeat, iure ta  
men*

leges tamen actionibus ab intellectu peragendis vel potius  
peractis, modum certosque fines, quod ad effectus externos  
in foro humano, ponere; verbis itaque pactorum quis effe-  
ctus legitimus tribuendus sit; num et quomodo valere debe-  
ant, constituere possunt. In interpretandis igitur pactis ad  
voluntatem pacientium respiciendum esse in primis, haud ne-  
go quidem; amplius tamen censeo: eam, quam leges pacto,  
vel contractui dant formam, a ICo negligendam minime;  
inde potius regulas, interpretandi pacta, iuris prudentiae  
proprias, hauriendas esse. Conf. Illustris SCHIERSCHMI-  
DII nostri *Dissert. de interpretatione contra eum facienda*,  
qui clarius loqui debuit; in qua plura, ad rem nostram spe-  
stantia, egregie et solide demonstrata inuenies. Quodsi THO-  
MASIO credimus; quae LL. ciuiles de pactis et contractibus  
interpretandis, sive de forma, quam cuilibet assignant, fanci-  
uerunt, inutilia et vana sunt; iudicandum est, legumlaores  
Romanos, aliarum et nostrarum in primis rerum publicarum,  
negotio, ad se non pertinenti, se immiscuisse. Quemadmo-  
dum THOMASIVS in pactis ad voluntatem pacientium;  
sic ego iure eodem in ultimis voluntatibus interpretandis ad  
testatoris voluntatem, testis legitibus testamentariis, vt re-  
spiciatur vnice, postulo et iubeo. Qua quidem de re ambigo  
nullus. Huic instituto hedera suspensa quid opus? Metuit  
IVSTINIANVS, quod nostris DDBus metuendum magis est,  
vt scientiae nostrae operam dantes deterreantur. Si statim  
ab initio, inquit, rudem adhuc et infirmum animum studiosi  
multitudine ac varietate rerum overauerimus; duorum alterum,  
aut defertorem studiorum efficiemus, aut cum magno labore,  
saepe etiam cum dissidentia, quae plerumque iuuenes auerit,

serius

*men feudi censabitur, ut ex his causis ipsum amittat, quibus et verum feudum. Vbi ergo sic datum est feudum, et cui in feudum dederis, aliud est, et propriam feudi naturam habet.*

## §. V.

*serius ad id perducemus, ad quod, leuiore via ductus, sine villa diffidentia, maturius perduci potuisset. Vid. §. 2. I. de iusfit, et iur. Duabus, vt ita dicam, tertiiis partibus eorum, quae vulgo ad jurisprudentiam positivam referuntur, carere poterit iuris cultor. Quis non diligeret, immo amaret, laudaret quoque faciliorem et compendiosiorem viam sibi monstrantes.*

*In freta dum fluuii current; dum montibus umbrae  
Lustrabunt conuxea; polus dum sidera pascat:  
Semper honos, nomenque nostrum, laudesque manebunt.*

VIRGIL. Aen. Lib. I. v. 611.

Quod reliquum THOMASIVS compilatori iuris Longob. plus auctoritatis non tribuit, quam aliis ICtis priuatis et interpresibus pactorum, Quid opus est, inquit, inspicere mentem compilatoris iuris feudalium et quomodo ipse patet de alienando feudo interpretatus fuerit, cum eius interpretatio, si cum regulis rectae rationis non conueniat, non habere possit vim legis, immo neque vim legis habeat, etiam si conueniat. Ast THOMASIVS oblitus esse videtur, hunc compilatorem testem esse consuetudinum feudarium Longobardicarum, et interpretationis pactorum usualis, quae vtique, conueniat cum veris interpretationion praecipit, nec ne, vim et potestatem legis habet. Oblitus esse videtur, hanc compilationem in Germania LLbus imperii publicis receptam esse in lobsidium et usum illarum curiarum feudarium germanicarum, quae proprio iure feudali vel consuetudinibus, feudis legem dicentibus, destituuntur.

## §. V.

*Caput II. F. 48. manu critica emendatur.*

Quicquid illud est, quod FEVDI ALIENABILIS natura ex mente Iuris Feudalis Longobardici explicanda desiderat; quicquid adiumenti et patrocinii meae istius feudi definitioni <sup>v)</sup> parari rite potest: id quidem omne duobus his capitibus, quorum verba iam retuli, satis et abunde contineri atque ex principiis ibi positis fluere et deriuari legitime posse, ambigo nullus. Ne huius rei tamen demonstrationem fuscipere possum extemplo; vulgaris lectio, quam Consuetudinum Feudalium Longobardicarum exemplaria, huc usque edita, seruant, ex parte obstat. Quamuis enim librariorum et, quibus monumenta veterum typis exscribenda committuntur, operarum eximia benignitas, atque, ut *IVENALIS* <sup>x)</sup> utar verbis,

*Prodigiosa fides et Thuscis digna libellis,*

*Quaque coronata lustravi debeat agna,*

lectionem *Capitis II. F. 26. §. penult:* integrum et sanam nobis tradiderit; fata tamen contraria et inimica *Caput II. F. 48.* premere, grauiter doleo et indignor. Quid mirum, textum hunc eorum, qui descripserunt, iniuria et negligentia scelestia,

*Nempe quod haec illis natura est omnibus una,*  
corruptum, depravatum et deturpatum esse egregie, si boni ominis voce in re pessima vti licet. Factum hinc est, ut  
*Caput* illud *II. F. 48.* Iuris Feudalis Longobardici DDBus  
scrut.

<sup>v)</sup> *Conf. III. hui. Differtat.*

<sup>x)</sup> *Sat. XIII. v. 62. sequ.*

scrupulos iniiceret quam plures, et sat graues adeo, vt inter cruces legum feudalium referendum esse iisdem videtur; in primis vero THOMASIVM, de congrua lectionis vulgaris interpretatione desperantem, eo usque adigeret, vt Iuris Feud. Longobardici fontes deferendos et sponendos; itaque FEVDI ALIENABILIS regulam ex Iure Feud. Naturali explicandam esse arbitraretur y). Sed salua res est; critica emendatione commoda et facilis, quam THOMASIVS et alii, qui eandem frequuntur haeresin et sectam, Iuris Feud. Longobardici interpretes, praetermittunt, et negligunt, *Capiti II. F. 48.* succurri eidemque pristinus suus habitus et auctoritas vera restitui potest z); qua quidem ex-

posita

y) Vid. *not. o. §. III. hui. Difffertat.*

z) ICti officium circa haec versatur potissimum, vt legibus reipublicae suae rite interpretandis et ad facta, quae obueniunt, scite applicandis, aptum et habilem se praestet. Verum enim vero accedit saepius, vt legis cuiusdam antiquioris, in subsidium receptae, interpretationem vanam, applicationem non difficultem solum, sed irritam fore, ICti mens oculis praeuident suis, nisi vulgari legis lectioni remedium idoneum ac opportunum quaeratur et adhibeat. Membrum quoddam legis detortum, aut corruptum, aut omnino putrefeens, vt ita dicam, videt, stupet et tacite miratur, cui ingens est recti reverentia; metuit, ne pars sincera trahatur. Sedulam itaque ineftigationem, quaequam vera et genuina legis lectio sit, ad ICtum utique pertinere, nemo, nisi nostrae artis ignarus, negabit. Idem tamen ICtus non omnimodam in verba legum sibi arrogabit iurisdictionem et potestatem; siue gladii in primis raro, moderate, immo nunquam, nisi ultima vrgeat necessitas, vteretur; non dominum, sed enfor-

dem

posita correctione, responsio, aduersariorum rationibus paranda et reddenda, nihil aut parum habebit difficultatis.

*Hi motus animorum atque haec certamina tanta,*

*Pulueris exigui iactu compressa, quiescent.*

E 2

Iusto

sem legum se constitutum esse, manebit ipsi alta mente re-  
postum. Hinc leniorem primum quamvis medelam, vulgari  
adhibendam lectioni, circumspiciet, tentando interpretationem  
commodam, artis legitimae principiis, analogiae reme iuris,  
conuenientiem. Molliora vero haec et benigniora fomenta si  
frustra expertus sit, ad tristiora et acerbiora deueniet; qui-  
busunque, ut sanitas pristina restituatur, medendi auxiliis  
opus est, ea omnia decernet tandem; emendabit legis scrip-  
turam. Tunc quidem

*Non-villa magis praesens fortuna laborum est,  
Quam si quis ferro potuit rescindere summum  
Viceris os; alitur enim vitium, viuitque tegendo;  
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor  
Abnegat et meliora deos sedet omnia poscens.*

VIRGIL. Georg. lib. III. v. 452. seqq.

Turis interpres, qui neglecto hoc ordine, quae displaceant  
ipsi in legum effatis, statim, nec modum in rebus; nec rationem adhibendo, manu critica violenta mutat, eliminat,  
proscribit, haud inepte comparari potest malignis quibusdam  
et sceleris, qui, dentibus vt nitorum restituant, admissi, vi-  
tio nationis, tam immensa et nefanda, artem suam exercendi  
cupiditate interdum flagrant, vt dentes, qui ipsis placent  
minus, Fordidos paullulum et putridos forte, de quibus con-  
seruandis tamen bene speramus, nobis licet immerentibus, et  
animis acerbis, vt Virgilianus Entellus, saeuientibus denti-  
frangibulo euellere omnes non dubitent; maxillas reliqui-  
se vacuas, parum solliciti, imputantes potius, si

lito.

## XXXVI

## DE GEVDO ALIENABILI.

Iusto tamen et pio duello ut iniurias legi Longobardicae illatas persequi et vindicare ius mihi et fas sit, more Romanorum prius res repetendas esse censeo, quae si dedantur et ablata restituantur, deinde foederi pangendo me auctorem, exercitui dimittendo nullam moram fore, spondeo. Pars itaque prima mihi pacis erit, siquidem verba, Capitis II. F. 48. sequentia: *nisi* sicut *ei* *datum est*; ita legantur: *nisi* *sic* et *ei* *datum est*: II. post eadem verba emendata: *nisi* *sic* et *ei* *datum est* signum distinguenda scripturae, quod *punctum* vocamus, in lectione textus vulgari ut deleatur, et *comma* reponatur, hinc quae sequuntur usque ad verba: *sive* *ad libellum*; uno spiritu legantur; denique III. *Semicolon* quod verbis: *sive ad libellum*; vulgo adiungitur, ut tollatur et in eius

- liceat paucis cum dentibus inde reuerti.

Hos mores peruersos legum correctorem et emendatorem decere, me quidem monitore opus non est; loquitur res ipsa. Medici benigni et cauti omnia alia experientur prius, quam secandi, amputandie, aut vrendi humani corporis membra, ius ac potestatem sibi vindicent. Imitanda sunt in primis consilia haec saluberrima et prouida iuris interpreti, aegrae legum lectioni opem paranti, siquidem referendis inter ICros Criticos principibus viris accidisse quandoque videmus, ut nihil non in legum verba sibi licere arbitrantes, ingenio nimio, coniecturis temerariis, emendationibus et correctionibus audacissimis indulgerent adeo, ut vanas ab ipsis species, velut aegri somnia, fingi crederes. Decipit facile atque decepit iam multos exemplar illustre, vitiis imitabile. Certe qui legum lectioni constitutaenae violenta et ancipitia remedia, nill dignus vindice nodus incident, applicat,

- hic niger est, hunc tu, Romane, cauetu.

eius locum *punctum*, quod sententiam claudat, substituatur,  
fusdeo modeste *a)*, quamvis pro iure meo etiam iubere

E 3

non

*a)* Qui mores librariorum perditos et nefandos ignorat, in tam paucis verbis, partim audacia, partim incuria istorum hominum, aberratum esse toties, insolens emirabitur et nobis haec affirmantibus vix fidem habebit. CLAVDIVS Imperator, vt refert SVETONIUS in vita eius c. 15. cuidam gratias agenti, quod reum defendi pateretur, adiiciebat: *Et tamen fieri solet*: stolidus quidem ille, vt nihil supra; aptius vero quid reponi possit subdubitantibus de licentia ita soluta et perniciosa, quae genuinam nostru Capitis lectionem et veram sententiam turbauit, immo perdidit, ego quideum nescio; sufficiat itaque admonuisse breuiter: *Et tamen fieri solet*. Librarius

-- nam quis  
*Peccandi finem imposuit sibi.*

Scilicet *Imo*, in codicibus veterum separandas voces coniungi saepius, litterarum formas permutari frequenter, qui negaret, eum bene et gnauiter impudentem esse oporteret. Commentarii criticorum, in primis qui lectio*n* genuinae auctorum, vt vocantur, clasicorum restituendae operam nauarunt, infinita huius farinae exempla suppeditant; praeter ea qui I<sup>C</sup>torum obseruationibus elegantioribus et criticis, diurna nocturnaque manu versandis, delectatur, leges antiquiores iisdem scatere monstris, in dubium haud vocabit. Cui non licet adire Corinthum, nec vacat forte, euoluat G<sup>V</sup>ILIELM. BES-  
TIVM, de ratione emendandi leges cap. I. n. II. III. et VII.  
vel CHRIST. HENR. ECKHARDVM in Hermeneutica iuris cap. II.  
§. 76. et 80. utriusque erroris et vitii species manifestas ex  
Pande*t*arum Roman. legibus afferentes.

II.

non dubitarem; rem criticam enim tractantibus, talia audiendi, semper fuit aequa potestas. Sic igitur lectio huius Capitis emendata constituenda et distinguenda est:

- - ec

*Illi.* Antiquissimos codices plerosque, nisi a Grammaticis forte postea distinctos, (conf. SVETONIVS de illuſtr. Grammat. c. vlt.) continua serie scriptos, vilam nec verbis, nec propositionibus, nec paragraphis, discriminis notam posuisse, tralatitium est; distinctiones tamen et interpunctiones sententiarum et periodorum, veteribus iam cognitas, licet a nostris diuersas, praeter Grammaticos, etiam Oratores adhibuisse saepius, ex ARISTOTELE, CICERONE, SVETONIO, SENECÀ, &c. egregie monstrauit CLERICVS in arte critica P. III. Sest. I. cap. 10. §. 7. segg. Refert SALMASIVS in epistola quadam ad SARRAVIVM, quam integrum exhibet MORHOEVVS in Polyhistore Tom. I. c. 7. n. 10. quasdam interpunctiones antiquas, quarum usum monstrat prolixe, ARISTOPHANEM primum esse commentum; sed ISIDORVS HISPALENSIS in Originibus Lib. I. cap. 19. eadem, hoc tantum excepto, quod inuentoris nullam mentionem faciat, iam olim tradidit, posituras vocans ad distinguendos sensus per commata, colla, et periodos ab oratoribus in primis adhibitas figuras. Eodem auctore, punctum solum, diuerso positum modo, omnibus sufficiebat interpunctionibus. Quodsi enim idem illud inferiori parti in fine alicuius verbi apponерetur, commatis vicem sustinebat, et vocabatur subdivisio; in media parte litterae ultimae locatum, erat colon atque media distinctione, vel mediana appellabatur; in apice vero litterae postremae additum, non strum punctum exprimebat et simpliciter distinctionis, vel distinctionis nomine veniebat. Addatur CHRIST. GOTTLIEB SCHWARZIVS de ornamentis librorum Disput. II. §. 9. vbi varia et egregia de aliis diuersis veterum distinctionibus et interpunctionibus inuenies. Ex his autem facile colligi posse.

## DE FEVDO ALIENABILI.

XXXIX

- et ille etiam, cui datum fuerit, non habebit ipsum pro feudo, nisi sic et ei datum est, sed qualitercumque ei datum fuerit, sive ad proprium, sive ad libellum. Licet propriam feudi naturam non habeat, &c.

§. VI.

test, quantum mendorum et errorum segetem luxuriantem distinctionum notae in codicibus antiquis, vel porsus omislae, vel prae collocatae, vel perperam intellectae, vbius produxerint; conf. GUILIELM. BESTIVS de ratione emendandi leges cap. I. n. II. certe nos hodie, vincentem horrea messem sperantes, saepe vanae eludunt aristae,

- - interque nitentia culta  
In felix folium et steriles dominantur avenae.

Vix operae pretium foret, si in conquirendis huius rei specimenibus desudare vellem, quibus criticorum commentarii abundant;

*Ei ardilionum quaedam Ramae, natio, inquit PHAE-*  
DRVS Lib. II. fab. 5.

*Trepide concursans, occupata in otio,*  
*Gratis anhelans, multum agendo nihil agens,*  
*Sibi molesta et aliis odiofissima;*

qui, ne quis me socium et colonum adscribat, caneo prudens. Quae hoc usque de interpunctionibus differui, ad antiquissima spectant MSCtorum exemplaria, quo vero tempore distinctionum figurae, quibus hodie vitimur, adhiberi coeperint, ea de re certi quid affirmare haud ausim.

*Mos unde deductus - - - -*

*- - - - querere distulit;*  
*Nec scire fas est omnia.*

*A CAROLI M. Imp. temporibus in MSCis Germanorum pri-*  
*yatis commata eis colla interdum reperiiri, in diplomatibus ve-*

re

## §. VI.

*Emendationis rationes.*

Capitis *II. F. 48.* emendationem proposui equidem; menda quoque eiusmodi, qualia in *dicho Capite* inuenisse mihi videor, codices omnis generis suppeditare, huc usque admonui; num vero correctioni huic calculus addendus sit albus,

TO HENRICI VI. Imp. demum aeuo commata apparere, contendit IO. FRID. JOACHIMVS in der *Einleitung zur teutschen Diplomatik*, Haupftl. IV. §. 16. sequ. iung. CHRIST. HENR. ECKHARDI *Introduct. in rem diplomat.* Sct. II. cap. I. §. 17. sequ. add. CHRON. GOTTWICENSE Tom. I. Lib. I. §. 6. quod obseruationum de origine, progressu, et differentiis interputationum lancem satyram offert. Quicquid huius rei erit, inuestigatio sollicita, utrum Consuetudines Feud. Longobardicae, quae nostrum exhibent textum, tunc temporis cum primum in lucem prodierunt, prorsus non fuerint distinctae, an prisa interpungendi ratio, que in illis aevi diplomaticis non infrita est, an hodierna illis adhibita sit, nihil, aut parum, vitalitatis nostrae caussae, ut opinor, poterit asserre. Quaecunque ex his recentibus placet conditio, perinde est. Librariis enim et operis, quibus incuriam et fallendi habitum, tanquam proprium quarti modi, merito tribuit quisque, eandem pecandi occasionem et facilitatem suisse, negabit nemo, nisi eorum agnatus et gentilis forte sit. Quod ANTON. AVGUSTINVS Lib. I. emendat. de vera Pandectarum Roman. lectio ne sollicitis et anxiis suadet: ut si quid aut iniquum, aut minus apte scriptum repererint, quod facile punctis ablatis, aut additis, restituatur, id facere non dubitent; idem illud praeceptum ad omnes tam manu exaratos, quam typis excertos codices, cuiuscunque aetatis sint, proferendum et primam emendandorum codicum legem esse, iudico et contendeo.

bus, an niger, inde nondum liquet, sed adhuc sub iudice lis est. Quantas et quam difficiles rugas, quibus lectissimorum emendationum elogium praetexitur quidem, Sardos vero omnino venales, alium alio nequiores, incautis et harum rerum minus intelligentioribus a critico, cui ingenium et audacia est, quandoque commendari atque obrudi videmus b).

- - Hunc

b) Nec mirum! Qui studio artis aliquius liberalis tenentur, illis vel insciis accidit, ut, quaecunque legentibus, vel audiencibus, occurunt, ad istud, quod tenere amant, scientiae genus referant. Cui aliquoties emendatio veterum codicum succedit ex voto, immo, qui semel de his deliciis gustauit, is

- - *vt canis a corio nunquam absterrebitur vntio;*

Quocunque se vertat, lectiones depravatas suspicabitur, imaginabitur, somniabit; inde alto supercilium deficiet iudicia aliorum, qui temerarios eius conatus et irritos labores rident, se solo contentus, auium modo, quas naturalis leuitas agit ad fidera, inani ac puerili mentis affectu se efferet,

- - *vt quidam memoratur Athenis*

*Sordidus ac diues populi contempnere voces,*

*Sic Jolitus: Populus me sibilat; at mihi plundo*

*Ipse domi.*

HORAT. Lib. I. Sat. I. v. 65 seqq.

Criticorum ex numero praestantissimos, quibus conjecturarum et emendationum elegantissimarum copiam debemus, ab hoc vitio immunes haud esse, probatu non fore difficile. Habeant sibi virtus sua isti; virtutes eorum qui exprimit, fallere nescius, laude et gloria dignus est.

F

vt

*Hunc ego me, si quid componere curem;  
Non magis esse velim, quam prauo viuere naso.*

Mihi igitur, qui aliorum reprehendo libidinem, danda est opera, ut emendationem hanc meam, ne temere suassisse videar, rationibus confirmem iustis.

*Qualem commendes, etiam atque etiam adspice, ne  
Incuriant aliena tibi peccata pudorem..*

In emendandis legibus utilitatem solum, stili commoditatem et elegantiam obtendi posse, nego; ut necessaria sit correccio, postulo. c) Duo autem potissimum sunt,

c) Ut magis commoda et elegans antiqui codicis alicuius lectio commendetur, receptae et vulgari anteferatur, haud reprobo; ad artem enim criticam, generatim spectatam, utilitatis causa omnino pertinet. Poetae, oratores, historici, omnes denique, in quibus elegantiam dictio[n]is expectamus ac desideramus, scriptores conjecturas et emendationes huius generis non admittunt solum, sed poseunt; horridi et incurti abiciuntur, nitidi vero et elaborati in prelio et deliciis merito sunt. Magna et praeclera minatur criticus, qui tales auctiores emendatos, pulcros et exactis minimum distantes, promittit nobis et praefat. Ast alia et contraria ratio ineunda est illis, qui legum emendationi studium et operam locant. Leges quippe, ciuib[us] latae vniuersis, ne intellectui paullo hebetiorum difficultates obiciant, ne cauillandi materiam praebent versutis et malignis, vitia legislator, cauer interpres. Virtus itaque earum et dos praecipua est, ut breues sint, dilucidae et distinctae satis populari orationi proximae. Quodsi subtilitates aucupantur, et venustates sermonis, quae perspicuitati plerumque officiunt, aequa vitiosae sunt, ac prologis amplificatae vanis. Natura ergo et finis legum ambitionis.

sunt, quae emendationem *capitis II. F. 48.* necessariam efflagitant. Nam

*Imo caput dictum,* si interpunctionem vulgarem retinemus, rudit erit indigestaque moles; continebit

*Non bene iunctarum discordia semina rerum;*

obstabit aliis aliud; sensum sanum extricabis nunquam; rationem interpretandi quamcunque tentes, abibit in fumum.

F 2

Scili-

tiosam verborum compositionem et structuram neutiquam patitur; hinc interpres et emendator earum, lectioni proprietatem, concinnitatem, evidentiam distinctionis conferuasse, aut restituuisse, laetus, elegantias, quas legum verba vltro offrunt, innocuas non repudiabit quidem, aut eliminabit; Stoicorum potius more sumet haec bona, vtetur istis, externa tamen, aduentitia, fortuita iudicabit. Certe ICtus criticus, qui legis iam fatis perspicuae emendationem molitur, vt inventucae tantum consulat lectioni; is operam perdit, a prosequatur in mari. Utilitas ergo sola, quae ad compositionem verborum commodiorem et elegantiorem spectat, emendandis legibus minime sufficit. Ast alia utilitatis causa, sententiae scilicet, vt haec plenior atque foecundior sit et conclusionum inde deducendarum plurium materiam praebeat, iuris interpretem forsitan mouebit, vt de emendatione legis cogitet. Verum enim vero, ne hanc quidem emendationis rationem et excusationem admittendam et iustum esse iudico. Custodia enim legum commissa est ICto, nullum ius, vel arbitrium de legis sententia augenda et amplificanda statuendi, nisi potestatem legislatoriam, ad se non pertinentem, arrogare sibi velit. Probe itaque memor, nec mitiorem, nec duriorem legem ICto esse licere, omni emendatione, quam utilitas suadet ac commendat tantum, abstinebit, ab aliis prolatae negabit assensum. Prono hinc fluit alueo, vt necessitatis, non utilitatis, causa legum emendationem iustum demum efficiat.

Scilicet vulgaris iste textum hanc distinguendi modus efficit necessario, ut verba: *licet propriam feudi naturam non habeat, iure tamen feudi censebitur, vt ex his causis ipsum amittat, quibus et verum feudum; non de vasallo intelligi possint, sed potius ad illum, qui feudum ad proprium, sive ad libellum a vasallo accepit, referenda sint. Ast de nouo possessore, in quem feudum alienabile transfertur, paullo ante clare et aperte noster textus ait: non habebit ipsum pro feudo.* Quae cum ita sint, compilator noster magnas oppido agit nugas, inculcans sedulo, *rem qua quis pro feudo omnino non viritur, propriam feudi naturam non habere.* Qui talia nos admonent, his

*Danda est elebori multo pars maxima,  
Nescio, an Anticyram ratio illis distinet omnem.*

Garrulitatis igitur indecorae et damnandae in primis in illo, qui legum, vel consuetudinum enarrationi calamum commodat, auctorem *nostri capituli* reum faciunt isti, qui lectionis vulgaris interpunctionem admittunt et probant; praeter ea grandiore*m ipsi dicam impingunt, eum, contradixisse sibi, insimulantes; certe vt rem quis non habeat pro feudo et eadem tamen res in eadem persona iure feudi censeatur, haec duo sibi inuicem manifeste nocent; hinc compilator noster aequa ineptus foret, ac ille, qui*

*Delphinum fluis appingit, fluetibus aprum;*

vulgarem ergo lectionem tuiturus et difficultatibus his expediendis habilis et aptus, Oedipus ut sit, non Dauid, necesse erit.

*IIdo.*

*IIdo.* Contrariorum eadem pugna, quae *textus nostris* ielationem vulgarem inquinat et explicacioni fanae locum relinquit nullum, impedit quoque, ne idem caput cum altero, quod *II. F. 26. §. penult.* extat, conciliari possit. In hoc enim itidem, sine omni conditione, limitibus positis nullis, pure pronunciatur: feendum, a vasallo alienatum, feendum esse definere apud emtorem *d).* His rationibus in primis motus sat graibus, emendandi rationem, in §. proxime antecedente delineatam et exhibitam, quae distinctio-  
num notas perperam positas auferendo, magis aptas et rei accommodatas reponendo, incongruis et sibi inuicem contra-  
dicentibus sententiis medetur; vt omnia inter se amice con-  
spirent, vt verba quoque *nostris capitibus*, quae de feudi im-  
proprii natura et amissione agunt, non de nouo possessore  
et emtore, sed vasallo primo accipienda sint et vt ad il-  
lum redeat oratio, efficit, necessariam esse ac omne ferre  
punctum, securus confido, immo iudico et postulo;

F 3

Cui

- a)* Ipsum hoc caput *II. F. 26. § penult.* naturam feudi alienabilis distincte et accurate satis exponit iisdem fere verbiis ac alterum et nostrum; ea tamen, quae ad amissionem feudi pertinent, vnde varia, si dicendum quod res est, yana ineptaque, quod maximam ad partem, DDrum disputatio orta, ad primum vasallum, non secundum feudi possessorem et emtorem refert aperte; hinc idem illud caput **THOMA-**  
**SIO** et aliis iuris feudalnis interpretibus, qui nobis haec otia faciunt, procul dubio viam monstrauerint veram, emen-  
dandi et explicandi *nostrum textum*, modo non oscitantes,  
sed veterino excusso, utriusque capiti curam impendere breuem  
dignati essent.

*Cui, si concedere noles,  
Multa - - veniet manus, auxilio quae  
Sit mihi, (nam multo plures sumus) ac veluti te  
Iudei cogemus, in hanc concedere turbam e).*

Quas

e) HORATIVS Sat. IV Lib. I. in fine. Recensionem et emendationes RICHARD. BENTLEII hic sequor. Sed haec obiter.

THOMASEI Dissertationem de fevdo alienabili effecisse, ut confilium, idem argumentum tractandi, caperem, iam supra §. 1. not b. hui. *Dissertat.* indicaui THOMASIVM quippe iuris feud. Longobard. textus seponere; de fevdis alienabiliis ex hodiernis Germanorum iuribus et consuetudinibus feudalibus, praeter obseruationes de fevdis Lusaticis paucas, asserre nihil; feendum alienabile ex iure feudali Naturali explicare tantum; (*vid. not. o. §. III. hui. *Dissertat.**) mihi itaque non spicas, quae ipsi forsitan exciderint, legendas, sed omnem et latissimum campum, messem etiam ibi natam, quae horrea rumpere posset, reliquie, notabam, oculis designabam, tacitamque gaudia pertabant mentem. Haetenus quidem bene. Verum enim vero, cum capita iuris feudalis Longobardici, in *hac prima et praeliminari dissertatione* explicanda et concilianda; paullo curatus meditarer, iisdemque textus alterius facillima et commodissima emendatione affterri medicinam posse, acute satis, ne meis laudibus iustis quid detrahamb; suspicarer, immo deternerem; tunc ingenue fateor, critiae surgebant mihi existimanti, me inuentorem huius rei primum esse; speranti lauream nondum occupatam neminem, nisi inuidum, mihi negaturum. At laetitia haec non fuit diurna; idem mihi accidit, quod HORTATOR auaro,

In

Quas huc *vique* adduxi rationes, demonstrandae necessitati, ut *textus noster* aliter, quam vulgo fit, distinguatur, ut opinor, sufficient; restat, ut cauſas, cur in verbis: *nisi sicut ei* datum est; pro *sicut*; legi malim: *sic et*, breuiter exposam. Duplex felicet mendum atque error geminatus in particu-

*In triuīs fixūm cum se demittit ob aſſem;*

*Lib. I. Epist. 16. v. 64.*

Quam limis oculis, qua cum indignatione, verba ROSENTHALI in *Tract. et Synopsi Iur. feud. cap. IX Membr. I. conclus. 41. n. 18.* primo ad pexerim et legerim, intelliget quiske, cui simile fatum de tanta spe delecto vñquam, illūlit. Et dum *textus* in dicto *cap. I. de feud.* non hab. prop. *feud.* natur. inquit ROSENTHALIVS, innuere videtur quod quamuis emitor illud iure feudi non accipiat, tamen iisdem culpis, quibus alii vasallū, hoc amittat etc. oculos illorum [interpretum nempe] vehementer perstringit et in contrarium inuitata vi urgere videtur; diuersas tentant solutiones; sed haec omnium fore calculo approbata est, ut totum illud caput distinguant, quo illa verba omnia: licet propriam feudi naturam &c. ad vasallum referant; ea vero: sed qualitercunque ei datum &c. cum praecedentibus continent et *vique ad vocem*: licet, quasi in parenthesi hoc modo ponant: iste qui sic accepit, poterit id vendere, &c. etiam sine voluntate domini alienare, [et ille etiam cui datum fuerit, non habebit ipsum pro feudo, nisi sicut ei datum est; sed qualitercunque ei, scilicet accipienti a vasallo, datum fuerit, siue ad proprium, siue ad libellum; subaudi habebit], licet propriam feudi naturam non habeat &c. Iam si parenthesi illa e medio sublata reliquum textus legeris, sine controuersia diceris, quae sequuntur de vasallo, non de accipiente alienationis titulo ab eo, intelligenda esse, quamvis non diffitear, duriusculum esse sermonem; qui omni scrupulo careret, et satis emol-

*litias*

ticula: *sicut*, latet. Librarii enim, vt mos eorum est, quae seiungenda erant, contraxerunt; vt nouam efficerent vocem, alterum alteri agglutinarunt, seeleri addendo scelus, nempe: *et* mutando in: *vt*; ne partus supposititii nec vola nec vestigium extaret. Certe particulam: *sicut*, aduerbiu-

*litus foret, si coniunctionem adieceris: ET licet propriam &c.*  
Haec tenus ROSENTHALIVS. Lacinia tamen ista, vt textui coniunctio: *et* assuatur, si meam in primis probare velis emendationem, opus non est.

Iudicent peritores, num mea emendatio a ROSENTHALIANA distet; num peculiaris quid et proprii vindicare mihi possim, nec ne. Quicquid est, licet ROSENTHALIVS primae inuentionis gloriam eripiat; aliam tamen vtilitatem praefabit. Sunt enim, qui non rationibus, sed auctoritate aliorum mouentur; nihil pensi et rati habent, nisi quod dictum est prius; hos ROSENTHALIVS aut conciliabit nobis, aut vim comitum collectam, omnem exercitum tot interpretum auxiliarem ostendens, terrebit, ac nolentes et iniuriantes in nostras traducet partes. Glossam quoque tecum stare, et eandem *huius capituli* nostri interpretationem sequi, testatur BITSCHIVS in *Commentar. ad II. F. 26. §. penult. p. 500.*

De reliquo ROSENTHALIT locum, quem modo excitani, THOMASIVM vidisse et leguisse ideo negari non potest, quia in §: VII. *Differat. suae de feudo alienabili*, ad eandem *conclus. 41.* in qua iusta nostri textus explicatio continetur, provocat. THOMASIVM vero a more tenebrionum, qui libros aliorum, nec euolutos, nec lectos, immo, ne visos quidem vnuquam, vt multae lectionis gloriolam captent, allegare saepe solent, alienissimum esse, qui virum nouit, concedet. Rationes itaque, cur ista, a ROSENTHALIO iam allata explicatio et conciliatio vtriusque capituli displicerit THOMASIO, cum ipse tacet, diuinando assequi haud possum.

bium quippe similitudinis sensum turbare utique, negari vix potest, ob verba in primis, quae proxime haec nostra praecedunt, et cum illis coniuncta sunt. *Et ille etiam*, compilator noster inquit, *cui datum fuerit, non habebit ipsum pro feudo*; statim vero adiungit: *nisi sicut ei datum est*. Ultima haec propositio illius prioris explicationem continet et limitationem; ast haec, si retineas particulam: *sicut*; perplexa et obscura erit adeo, ut dignus foret noster, qui per capillos interrogaretur; quod si meam vero admittis emendationem, reponens: *sic eti*; nihil obstabit, omnia erunt clara, vti

- - - circumfusa repente  
Scindit se nubes et in aethera purgat apertum.

Praeter ea, quae immediate haec nostra verba sequuntur, aliud suppeditant argumentum. Loquendi istae formulae: *sicut ei datum est*; *qualitercumque ei datum fuerit*: synonymicae sunt, eandem significationem re praesentantes. Compilator vero noster, ambas locutiones, quae eadem vim et potestatem habent, distinguendo et opponendo sibi in uicem; siquidem isti particulam: *nisi*, huic vero coniunctio nem: *sed*; adiunxit; diuersa, seiungenda et contraria procul dubio voluit proponere. Contra ea, quae semel dixisse sufficeret, absurde satis repetendo, coaceruasse ac saepius et frustra inculcasse, arguitur ab illis, qui vulgarem lectionem probant, a quo vitio, in primis si locus datur meae, quod ad interpunctionem, emendationi, cuius necessitatem iam

G

de-

demonstráui, liberari neutiquam potest f). His itaque rationibus, vt arbitror, rite expositis, vera et genuina *capi-tis II. F. 48.* sententia, emendatione restituta, haec erit:

FEV-

f) Forsan, cui nostra emendatio arridet minus, obliuet, particulam: *sicut;* ab auctoribus vel classicis, vel sequentium temporum scriptoribus, ita quandoque adhibitam et usurpatam esse, vt mea emendatione opus non sit. Sed huius rei vigiles curae somnos mihi neutiquam abrumpunt;

*Non tali auxilio nec defensoribus iſis  
Tempus eget.*

Quamcunque particulae illius significationem, textui nostro aptam, petitam, sive ex auctoribus probatae dictio[n]is, sive ex reliquis, quibus elocutionis barbaries tribuitur, quis proferat; raro tamen admodum eandem inueniri, studiorum horum aestimatores et iudices aequi fatebuntur. Hirundo una, vel altera, non facit ver.

In lectio[n]e legum rite constituenda caendum est in primis, ne voces, vel particulae, sensus paulo inusitatoris lectors impedian, hisdemque ossundant caliginem; leges enim omnibus reipublicae ciuiis, etiam illis, qui subtilitates terminis iure suo ignorant, scriptae sunt; explicaciones ergo verborum infrequentiores et usui loquendi communi aduersantes, non admittunt. Ut emendationes inusitatis vocibus parandae in quibuscumque aliorum auctorum operibus adhibeantur, utilitatis, et commoditatis ratio suader potest; contra ea in legibus et omni, quae iura et obligations ciuium inter se respicit et determinat, scritio[n]e, contractibus nempe et testamentis eorum maxime, quibus fulmen regulae iuris: *interpretatio contra eum facienda est,* qui clarius logui debuisset; nec nocet, nec opponi potest, necessarias esse easdem, contendit. Quae modo admonui, neglexit *BITSCRIVS* in

Cora.

FEVDVM ALIENABILE eo usque, donec vasillus alienet,  
improprium est feudum, ex caussis iisdem, quibus et verum,  
amittitur. Vasalli vero alienantis arbitrio relinquuntur, num  
G 2 feudi,

Commentar. Feud. Lib. II. Tit. XXVI. §. penult. p. 499.  
sequ. Quamvis enim verba nostri textus: nisi sicut ei datum  
est; perplexa esse et, ut iacent, accipi non posse, probe in-  
telligeret, iisdemque succurrendum esse, recte iudicaret; fal-  
latur tamen, existimans, explicatione sola particulae: nisi;  
quam per: sed; interpretatur, effici id posse. Verba eius  
haec sunt: Quinto notandum; quod iterum in dict. tit. II. F.  
43. dicitur, illum, cui a vasallo datum fuerit feudum, non  
habitetur ipsum pro feudo: nisi sicut ei datum est; impro-  
priam esse locutionem et particulam: nisi; postam esse pro:  
fed; ut non habeat vim excipiendi, sed corrigendi, vel aduer-  
sandi, quasi dicat: accipiente id non habitetur tanquam  
feendum, sed tanquam rem propriam, vel libellariam, prout  
ipso datum fuerit; quomodo etiam supra lib. I. tit. 3. particu-  
lam eam interpretandam diximus. Quae significatio etiam in  
iure Iustiniano, veluti l. 18. C. de testib. l. vlt. C. de crim. fa-  
cileg. et in iure Canonico, veluti: c. neminem, dislinct. zo. et  
alibi etiam occurrit, atque etiam in Sacris litteris, veluti:  
Exod. 22. v. 20. et lib. I. Reg. c. 3. v. 18. et Apocal. 21. v. 26.  
Et de vario usu huius vocis tractant Baldus, Salicetus, et Iason  
ad l. Actione 4. C. de transalt.

Sed haec interpretatio BITSCHII difficultatem, quam poste-  
mo loco supra in h. §. indicavi, neutiquam tollit, auget  
potius. Quodlibet etiam BITSCHIO largiri velim, particulam: ni-  
si; quandoque per: sed; explicari posse, licet omni fere,  
ad quae prouocat, exempla, si minus spuria, at saltem sus-  
pcta sint; rarissimum tamen esse hunc significatum, nemo  
temere negabit, id, quod iam admonui. Deinceps inter-  
pretatio ista, propriam particulae: nisi; significationem dere-  
linquit.

*feudi, an allodii iure, idem illud in possessorem alium quen-  
cunque transferre velit. Posteriore casu, feudum esse definit,  
nexus feudalis tollitur, et allodii naturam induit, quod antea  
erat feudum.*

## §. VII.

linquens, plane contrariam sententiam, ipso fatente BITSCHIO,  
textui nostro tribuit et infert. Verum enim vero huius fa-  
riniae explications aeque violentae sunt, ac emendationes il-  
lorum, qui, prout libet, textui, cuidam negationes vel addunt,  
vel demunt. Nullae, quam grauissimae, causiae, immo, ne-  
cessitas demum ultima, talem interpretandi rationem, et ne  
vix quidem, excusabunt. Ait BITSCHIVS noster profrus nul-  
lam, ne fatuam quidem, interpretationis suae causam attu-  
lit. Iure meritoque JONATHAN SCHWIFT in eleganti Saty-  
ra, quae in nostram vernaculaam lingua translata, das  
Mazhrgen von der Tonne inscribitur, eiusmodi rideat interpre-  
tationes, crassa Minerua prolatas, et arti cuidam tribuit, quae  
doceat, quenam fensum, solo vero excepto, ex scriptis alio-  
rum elicere. Ait: Nach einer kleinen Weile befann sich der  
wegen seiner Gelehrsamkeit schon oesters gerühmte Bruder, und  
gleichwie er in der Critik gar sehr erfahren war; also sagte  
er, er haette in einem gewissen Sribenten, welchen er nicht  
nennen wolle, gefunden, dass das Wort Frantzen, so in dem  
Testamente stände, auch einen Besenstiel bedeute, und diese Be-  
deutung müsse es sonder Zweifel auch in der angeführten  
Stelle des Testamentes haben. Recte quoque monet LOCKE de  
l'Entendement Liv. 3, ch. 10. §. 12. N'arrive-t-il pas souvent,  
dit il, qu'un homme d'une capacité ordinaire, lisant un passage  
de l'Ecriture, ou une loi, l'entend fort bien, jusqu'à ce, qu'il  
ait consulté un interprète, ou un avocat, qui après avoir em-  
ployé beaucoup de tems, à expliquer ces endroits, fait en sorte,  
que les mots ne signifient rien du tout, ou qu'ils signifient tout  
se, qu'il lui plait.

Quod-

## §. VII.

*De difficultibus, quas THOMASIVS capibus II. F. 48.  
et II. F. 26. §. penult. obiicit, iudicium.*

Satis iam diu studium tentas inutile, siccum sterili vo-  
mere litus arasse, quin immo ipsam iuris scientiae dignita-  
tem imminuisse videbor illis, qui Bartoli et Accursii absin-  
thio probe conditas cupedias appetunt tantum; hinc artem  
criticam et elegantiora cum iurisprudentia coniungenda stu-  
dia aspernantur, fastidunt et odio Vatiniano perseguuntur.  
Morientur prae indignatione vsu istarum deliciarum prohi-  
biti; eas igitur relinque ipsis fodes! et sine viuant inepti.  
Sed CICERO g), quem in omni fere alia caussa, ceu iudicem  
suspectum, reprobare vix auderem: *Dignitas, inquit in tanta  
renui scientia quae potest esse? Res enim sunt paruae, prope  
in fragulis litteris atque interpolationibus verborum occupatae.*  
Nec CICERONIS auctoritas me terret, nec iuris scientiae  
nocebit obrectatio ista callida et maligna. De his omni-  
bus securus, vt viam, quam semel ingressus sum, conficiam,  
annitor.

Quoscumque euoluas Confuetudinum Feud. Longobard. in-  
terpretes, commentatores et Glossatores veteres largam co-

G 3

piam

Quod reliquum emendationem meam particulae: *sicut;*  
DIONYS. GOTHOFREDO in not. i. ad. cap. II. F. 48. probari,  
in gratiam eorum addo, qui solis auctoritatibus fidunt. *Hic,*  
*inquit, lego: nisi et sic datum est.*  
g) cap. II. famosae illius pro Muraena orationis, qua iuris  
scientiae laudes deterere, auctoritatemque eleuare, omnibus  
ingenii viribus, quamvis frustra, annicitur.

piam difficultatum allegabunt, quas utriusque *capiti II. F. 48.*  
et *II. F. 26. §. penult.* obstat, sibi persuadent, in his sol-  
uendis suo more desudant quidem, plerumque vero inter-  
pretationes, solutiones et conciliaciones vanas afferunt et  
ineptas.

*Lóngae est iniuria longae  
Ambege, sed summa sequar fastigia rerum.*

In colligendis igitur et examinandis antiquiorum interpretum  
sententiis nullam collocabo operam, iudicans, onus illud  
nemini, nisi aliquid admirerit, breibus Gyaris, vel car-  
cere, dignum, iniungendum esse. Praeter ea, ne cum tur-  
ba mihi res sit, cane peius et angue vito; hinc, difficultates  
inexplicabiles qui utriusque textui feudali obiciunt, his  
omnibus patronum et defensore dare THOMASIVM, de-  
creui. Quae huius argumentis respondeo, ut sibi dictum  
putent reliqui, de vna fidelia plures dealbaturus parietes,  
sedulo, et moneo, et hortor.

*Ille sinistrosum, hic dextrorum abit, unus utriusque  
Error, sed variis illudit partibus.*

Quamuis THOMASIVS b) *caput II. F. 48.* ab accusationi-  
bus et iniuriis HOTOMANNI vindicet rite, qua in re ipsi  
assentior; quod tamen ille de huius censura secunda iudi-  
cat: *eandem HOTOMANNO parum dignam esse;* idem illud  
plerisque, quae THOMASIVS in *dicto capite* reprehendit, op-  
poni posse videtur. Nisi omnia me fallunt, responsio, THO-  
MASIO danda, erit facillima. Ut statim vero, num argu-  
mentis

b) in *Dissertat. de feudo alienabili §. 8.*

mentis eius satisfecerim et acu rem tetigerim, nec ne, aestimare possint rerum harum peritiores, verba ipsius in *notis* *bui*. §. vt adderentur, curaui.

*Imo*. Argumentum, quod THOMASIVS a prohibita feudi donatione ex iure veteri et antiquato dicit *i*), multiplicem ob rationem vitiosum est. Concludit enim a specie, ab alienatione scilicet, quae sine domini consensu fit, ad diuersam et contrariam speciem, ad alienationem ex domini consensu permisam. Dominus quippe, in cuius fauorem leges alienationem feudi veterunt, *feudum alienabile* consti- tuens, in gratiam vasalli, ne hic, feendum alienare cupiens, speciali consensu, qui alias in proprio feudo requiritur, in ipso alienationis actu indigeat, generalem consensem, ad species alienationum quasuis pertinentem, semel interponit et ratio iusta, cur donationes, omnimoda feudi alienatione concessa, excipiendae sint, afferri neutiquam potest *k*). Prae-

ter

*i*) Nam initio aduersus id, quod feudista dicit, si feendum cum potestate alienandi datum sit, vasallum posse id vendere, vel donare, vel aliter alienare, obici potest, quod iure veteri feu- dali, ubi secundum quasdam curias vasallus totum, vel partem feudi, alienare poterat. II. F. 44. nullius tamen curiae obser- vantia feendum, vel donari, vel ultima voluntate relinqui po- terat. II. F. 9. §. 1. THOMAS. *diss* *dissertat*. §. 9.

*k*) Auarum, auri quippe et argenti amore pallentem atque, opibus vndique corrasis et coaceruatis ne quid decedat, ca- wentem adeo

vt *fs*

Forte minus locuples uno quadrante periret,  
Ipse videretur sibi nequior,

em.

ter ea, natura quod deproperet, nouas edere formas, monet

omnes donationes, solis exceptis, quae ipsi fiunt, damnaturum esse, quis temere negabit? non defensores tamen isti deerunt ex nostrae artis DDbus. Ut fidem faciam asserto; specimen, quod ad nostram causam praefentem spectat, adiungam; excitabo BITSCHIVM, qui in *Commentar. ad Consuetud. Feud. Lib. II. tit. 9. §. 1. p. 268.* rationem inuenisse sibi videtur, ob quam donatio sub alienatione feudi permisa non contineatur; ita ratiocinatur: *Car autem permisja venditione, oppigneratione, in libellum datione, non perinde etiam fuerit permisita donatio, haec videtur falso ratio, quod iliae alienationes plerumque ex necessitate fiunt, aut certe enolumentum aliquod alienanti afferunt; donatio vero ex parte donantis, neque necessitatis, neque utilitatis sit.* Verum enim vero, quod BITSCHIVS audacter affirmat: *donationem ex parte donantis, neque necessitatis, neque utilitatis esse;* falsum est, vt nihil supra. BITSCHIVS sibi singit Nomentanum aliquem nepotem, vappam et nebulonem, qui prodiga dextra, prudentiae pracepta negligens, suum iactat et perdit. Egregie iudicat Piso de Othono apud TACITVM *Lib. I. Histor. c. 30.* Falluntur, inquit, quibus luxuria specie liberalitatis imponit. Perdere iste sciet, donare neicit. Ex mea ergo sententia maxime a se inuicem distant; donare et suum iactare. Donatio mihi est: liberalitas, quae vel ex necessitate, non ciuilis quidem iuris, sed naturalis tamen, vi exemplum donationis remuneratoriae docet; vel ex causa utilitatis exercetur. Quis enim ignorat, donationibus opportunis et in personas idoneas collatis maxima saepius commoda parari? Qui absque necessitatis, vel utilitatis causa liberalis est; is sua potius iactat et derelinquit ciuilis occupanti, dignus, vt ipse

*interdictio omne adimat ius  
Practor et ad sanos abeat tutela propinquos.*

net IVSTINIANVS *l*; leges nempe, consuetudines, usus  
verborum, subinde mutantur. Largior, antiquioribus feudo-  
rum temporibus donationem *alienationis* voce non compre-  
hendi; sed quae cauſa mouit THOMASIVM, vt fidem com-  
pilatoris, de significatione, qua vox: *alienationis* suo ſeculo  
vſurpabatur, testantis, tanquam ſuſpectam conuerteret? At-  
tulitne forſitan ex coaeui monumentis, quod rei praefentis  
conditio poſcit, contrarium testimonium? Minime. Iftas  
denique consuetudines feudales aptid nos in Germania in  
ſubſidium recepimus; hinc legis obtinent auctoritatem. Om-  
nis ergo diſputatio, quid veterē iure feudalī ſancitum fue-  
rit, irrita eſt et vana.

*IIdo.* Alia diſcultas THOMASIO videtur ſuboriri ex princi-  
pio iuriſ: *quod nemo plus iuris in aliū transferre poſſit,*  
*quam ipſe habuit m).* Ait regulam iſtam non vniuersalem,  
ſed pluribus exceptionibus obnoxiam eſſe, vt alia taceam,  
exemplum creditoris, pignus alienantis, demonstrat. Ean-  
dem quoque regulam ad noſtram ſpeciem praefentem appli-  
cari non poſſe, contendō; dominus enim, indefinitum con-  
femſum impertiens, omnimodam alienationem et potestatem  
vafallo permifit, vt feudum iure quoconque etiam tanquam  
allodium in nouum poſteſſorem transferre poſſit; nec praec-  
iūſum, a THOMASIO allegata, tuerit dominum, ſiquidem  
interpretatio contra eum facienda eſt, qui clarius loqui po-  
tuit et debuit *n*), atque formulam: *cui in feudum dederis;*  
cuius.

*l) l. 2. §. 18. C. de veter. iur. enuct.*

*m) Deinde dum Feudū afferit eum cui feudum a vafallo da-  
tum fuerit, non habiturum illud pro feudo, videtur id repug-  
nare regulæ, quod nemo poſſit plus iuris in aliū transferre,  
quam ipſe habuit et quod dominus, potestate alienandi con-  
cedens, potius praefumatur alienationem intellexiffe, de domino  
vtili vafalli, quam de ſuo domino directo. THOMAS. dicit, diſ-  
fert. §. 9.*

*n) Conf. ILLVSTRIS SCHIERSCHMIDII Differt. de interpretatione  
contra eum facienda qui clarius loqui debuit.*

cuius in fine *capitis nostri* mentio sit, neglexit. Ipse THOMASIVS incidit in vitium illud, quod paullo ante in HOTOMANNO vituperauerat o).

IIIto. Difficultatem, quam lectio textus vulgaris produxit, p) ipse agnosco; sed interpunktione adhibita commoda, contradictionem, quae capiti affingitur, euancescere, satis, ut opinor, demonstrauit; explicationem vero genuinam, quam ROSENTHALIVS iam attulit, THOMASIO, qui eandem non refutat, sed silentio praetermittit, scrupulum non exemisse, miror q).

IVto. Dubiis, quae THOMASIVS postremo loco mouet r), rationes, quas modo adduxi, satisfaciunt. Emendatio enim nostra et ROSENTHALII expositio *capitis II. F. 48.* et quae clare traduntur *II. F. 26.* §. penult. efficiunt, vt, quae de feudo improppio et amittendi caussis ibi disponuntur, ad vafallum venditorem, non nouum emtorem referenda sint. Ut definiam, quo usque *feudum alienabile* ex parte vafalli vendoris improppium sit, huius loci non est. Argumenti mei *Dissertatio IIIda*, in qua *feudi alienabilis* naturam, quae-

ficio  
o) Secundo vero, censura scilicet, HOTOMANNO parum digna est, supine practeruidente, duos distinctos esse casus, feudi dati tibi et cui ipse dederis, et feudi dati tibi et cui in feendum dederis. THOMAS. dict. *Dissert.* §. 8.

p) Tertio videtur. Feudista sibi contradicere, dum modo afferit, nouum emtorem non habitum id pro feudo, modo statim subiicit, apud eum tamen iure feudi improppii cferi, ut ex his caussis amittatur, quibus et verum feendum. Unde non nulli volunt etiam haec ultima verba potius de vafallo vendorre, quam de emtore, intelligere, sed tum textus ipse repugnat huic expositioni. THOMAS. dict. *Dissert.* §. 9.

q) Vid supra not. e. §. VI. hui. *Dissert.*

r) Quarto dubium est, siue feendum tale pro improppio feudo habeatur, intuitu vendoris, siue intuitu emtoris, an eo saltrem iure feudi censeatur, quod caussas amittendi attinet, an et in aliis capitibus et in quibus? &c. THOMAS. dict. *Dissert.* §. 9.

stiones et conclusiones varias secundum placita iuris feud. Longobard. explicare constitui, ea de re differendi, et iustos improprietati huius feudi limites ponendi, occasionem largam suppeditabit.

Sufficiant haec difficultatibus et dubiis, quibus THOMASIVS caput II. F. 48 quod liuidus odisse videtur, impugnat. Caput alterum vero II. F. 26. §. penult. haec obstatula non tollere, augere potius, immo caput hoc iisdem subiici dubiis, si non pluribus, affirmat quidem audientius s), sed in probatōne huius rei deficit. Nec vniuersum quidem dubium, quod ad

H. 2.

ca-

s) Sed forte dubia haec tollensur, si inspiciamus textum iuris feudalis parallelum, etiam de feudo cum potestate alienandi concessa loquentem. Ait Feudisla II. F. 26. §. penult. Feudum ea lege datum &c. Sed tantum abest, ut hoc capitulum dubia praecedentia tollat, ut potius iisdem adhuc subiiciatur, si non pluribus. Certe BITSCHIVS notat, textum hunc praecedentis in duobus aduersari. Nam Imo, cum hic dicatur, feendum isto pacto datum iisdem culpis amitti, quibus et aliud feendum, et tamen postea subiiciatur, quod si vaflus id alienauerit, id apud emtorem definere feendum esse, inde videri colligendum, quod apud emtorem id non amplius sit obnoxium caducitati, cuius tamen contrarium evidenter tradatur in textu modo adducto; 2) hic dici hoc feendum post alienationem definere esse feendum, at in textu modo excerpto dici, licet non propriam habeat feudi naturam, iure tamen feudi censeri. Verum poterat forte BITSCHIVS supercedere opera conciliandi hanc duplēm contradictionē, cum virumque dubium posse etiam moueri contra capitulum praecedens, utpote cum hoc capitulum fere eadem dicat, quae praecedens, et si non omnia, et melius fecisset BITSCHIVS, si illa dubia, quae modo contra prius capitulum attulimus, soluisset. Adde, quodsi maxime aliqua contradictionē apparet inter ista duo capitula esset, ad illam forte convenientius responderi posset, in iis duobus capitulis duos diuersos proponi causas. Alius enim casus est, do tibi et tuis heredibus et cui ipse dederis; alius do tibi et heredibus tuis masculis et foeminis et cui dederis. Pri-

ori

*caput II. F. 26. §. penult.* proprius spectet, assert; BITSCHIVM tantum excitat, qui duplum contradictionem inter *hoc caput* et alterum *II. F. 48.* intercedentem, atque ex huius interpunkcio-ne peruersa ortam, vrget. Vtrique vero morbo emendatio mea satis, vt opinor, medetur. BITSCHII conciliationem vanam et ineptam esse, eadem carere nos posse, quamvis aliis et diuersis rationibus motus, THOMASIO assentior; eius tamen conciliationem BITSCHIANA meliorem vix esse, iudico. Quid enim ad contradictiones istas, a BITSCHIO allatas, tollendas conferet, quod in altero capite de feudo, in quo soli masculi succedant, in altero vero de feudo, quod foeminas admittat, sermo sit? Utique conditio *feudi alienabilitis* essentiam non mutat, sed accidentaliter tantum afficit; id quod in *IIda Dissertatione* huius argumenti latius demonstrabo. Denique MINCVCCII collectionem *iuris feudorum* hanc controuer-siam magis impedire, quam extricare <sup>t)</sup>, THOMASIO luben-tissime concedo, ab eo inimico animo non digrediri.

Multaque praeterea tibi possim commemorando

Argumenta fidem dictis contradere nostris:

*Vrum animo satis haec vestigia parua sagaci*

*Sunt, per quae possis cognoscere caetera tute,*

*Namque canes ut montuagae persaepe serae*

*Navibus irruenient intectas fronde quietes,*

*Cam semel inslitterunt vestigia certa viae;*

*Sic alius ex alio per te tute ipse videre*

*Talibus in rebus poteris, caecasque latebras*

*Infiniare omnis, et verum protrahere inde. v)*

TANTVM.

*ori casu* feendum tantum ex casu alienabilitatis *improprium* est, in secundo casu, feendum dupliciter est *improprium* et quatenus alienabile et quatenus pro heredibus etiam foeminis *concessum*. Forte tamen fuerunt, qui utrobique unum eundemque casum su-isse propositum, crediderunt. Quo semel admisso, postea facillimum fuit, feendum alienabile et feendum hereditarium inter se confun-de-re. THOMAS. dict. *Difser.* §. 10.

t) THOMAS. dict. *Difser.* §. 11.

v) LVCRETIVS de rerum natura Lib. I. v. 401. seqq.

**ULB Halle**  
007 368 429


3



vD78







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

17  
F. 9. num. 14.  
6

DISSESSATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

DE

# FEVDO ALIENABILI

OCCAS. T. F. 26. S. PENULT. IVNCT. II. F. 48.

PRIMA CRITICA PRAELEMINARIS SECTIO

P. 332  
QVAM

SVMMO NVMINE FAVENTE  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO  
CHRISTIANO FRIDERICO  
CAROLO ALEXANDRO

MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORVSSIAE SILESIAEQVE  
DVCE REL. BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI VTRIVSQVE  
PRINCIPATVS REL. REL.

EX DECRETO ET AVCTORITATE  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
PRO GRADV DOCTORIS  
SVMMISQVE IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
LEGITIME OBTINENDIS  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIT

AVCTOR  
GODOFREDVS LVDOVICVS KRAVS  
IVR. CAND.

D. MAII MDCCCLXX.

ERLANGAE  
TYPIS WOLFGANGI WALHERI.

1770,1  
KONFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALLE

